7/6

OAK ST. HDSF

No. 1 - 2

Emblems



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF ILLINOIS

493.1
H78h
1727

Rare Book & Special
Collections Library

EARLY IMPRINT

# HORAPOLLINIS HIEROGLYPHICA

## GRÆCE & LATINE,

Cum integris Obſervationibus & Notis

JOANN. MERCERI & DAVID. HOESCHELII,

Et ſelectis

NICOLAI CAUSSINI.

*Curante*

JOANNE CORNELIO DE PAUW,

Qui ſuas etiam Obſervationes addidit.

TRAJECTI AD RHENUM,

Apud MELCHIOR. LEONARDUM CHARLOIS.

MDCCXXVII.

H78h
1727

# LECTORI

## JOANNES CORNELIUS DE PAUW.

HOrapollo, quem tibi damus, is est, de quo legimus apud Suidam ab Editore Nupero emendatum, Ωραπόλλων, Φαινυδύθεως, κώμης τῦ Πανοπολίτου νομοῦ, γραμματικὸς, διδάξας ἐν Αλεξανδρείᾳ,



1185724

τῇ ἐν Αἰγύπτῳ· εἶτα ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Θεοδοσίου. ἔγραψε Τεμενικά. Ὑπόμνημα Σοφοκλέους, Αλκαίου, εἰς Ομηρον. λαμπρὸς μὲν ἐπὶ τῇ τέχνῃ ἄνθρωπος, καὶ τῶν πάλαι λογιμωτάτων γραμματικῶν οὐδέν τι μεῖον κλέος ἀπενεγκάμενος. Qui in Lexico Panopolitanus dicitur a Nomo, in Libris Noſtris Ægyptius dicitur a Fluvio celeberrimo: Nam ita accipiendum eſt illud Νειλῶος vel Νειλιακὸς, quod ad urbem Nilopolin in Nomo Heracleopolitano perperam referunt Quidam: Raro enim vel nunquam forte ita dictus eſt Urbis iſtius civis. Grammaticus ille Ægyptius, ut vides, inter alia ſcripſiſſe memoratur τὰ Τεμενικά: Cujus Operis partem extitiſſe credidit Hœſchelius hos duos Hieroglyphicôn Libellos. Male & nullo hercule judicio: Nam ea Græce fuerunt ſcripta, & non potuerunt cum Ægyptiacis conjungi, ut ab Aliis recte

recte jam animadversum est: Sed cum inde colligunt porro, utrumque Opus non potuisse ab eodem Horapolline proficisci, ipsi non vulgariter certe errant. Quid enim? Si Anglus, si Gallus, si Batavus hac tempestate multa Latine scripserit, & unum aliquod Opusculum Lingua vernacula sibique domestica ediderit; rectene Posteritas judicaverit aliquando, ab eodem Autore non potuisse conscribi Libellum Vernaculum, a quo plures conscripti fuerunt Libri Latini? Id nemo dixerit profecto. Quare lepide errant, qui ita sentiunt, & quidem eo genere erroris, quo vulgo errare solent illi, qui res antiquas ita curant, ut hodiernas plane negligant; Homines, qui cachinnos sæpe incutiunt Cordatioribus, quos sana ratio ita pellexit, ut omnem Antiquitatis laudem præ ea despiciant. Hos autem duos Hieroglyphicôn Libellos ex Lingua Ægyptiaca in Linguam Græcam transtulit Philippus:

De quo præter unum nomen cum omnibus Viris Eruditis nihil aliud ego teneo. Sed hic de ipsa Versione ejus quæritur, libera sit & Periphrastica, an adstricta & verbo tenus adumbrata: Quæ mira certe & nova est quæstio: Nam ubi πρωτότυπον intercidit cum tota Ægyptiorum supellectile libraria, quid, quæso, nobis reliquum est, ex quo ea de re constare poterit? Nihil sane, nihil: Quare hoc non est de lana caprina disputare, sed de rebus plane ignotis ineptire suaviter. Dicam, quod scio, omissis illis, quæ sciri non possunt: Libro 1. Capite 17. legimus, ἥλιος δὲ ὁ Ωρος ἀπὸ τῆς τῶν ὡρῶν κρατεῖν. Ista non potuerunt ab erudito Ægyptio proficisci, & dubio procul a Philippo adjecta sunt. Libro 2. Cap. 100. scribitur de κάμηλῳ, ἐκείνη γὰρ μόνη τῶν ἄλλων ζώων τὸν μηρὸν κάμπτει, διὸ καὶ κάμηλος λέγεται. Illud postremum etiam Philippo tribuendum

dum est: Nam nec Etymon istud placere potuit Horapollini Nilotico. Similiter Libro 2. Cap. 108. illud, ἡ καλεῖται πιννοφύλαξ ἀκολούθως τῷ ὀνόματι, nullus ego dubito, quin Philippum habuerit autorem: Ita enim Interpretis Græci indolem sapit, ut nihil in eo sit, quod ad ipsum πρωτότυπον pertineat. Adhæc Symbola sunt plura in principio Libri Secundi, quæ ex Aliorum Scriptis collegit Philippus & Horapollineis attexuit, ut testis est ipse: Vide, quæ diximus in Observationibus Nostris. Atque hæc certa sunt, alia incerta. Nam quod de σημαίνεσι & tertia, quam vocant, persona scribit Hœschelius, ut probet Philippum non fuisse Interpretem, sed Periphrastam, ambiguum prorsus est & anceps, tum quia ipse Horapollo ea scribendi Methodo potuit uti, tum quia Philippus mutatis tantum personis reliqua omnia

stricte

ſtricte ac religioſe potuit transferre: Hoc ſentiunt omnes, & certius eſt certo. Cum autem Vir Eruditus ad Verſum Homeri provocet, qui Cap. 101. Libri 2. adducitur, & eo Periphraſin adſtruere conetur, miſere profecto errat & pueriliter plane. Quid enim? Nonne Horapollo, qui in Homerum ſcripſit Hypomnema, ut ipſe Hœſchelius ex Suida notat, Verſum Homericum adducere potuit, quem ejus Interpres poſtea non neglexit? Faceſſant, faceſſant nugæ: Quod in Aliorum ore ineptum ſit, in ore Hœſchelii longe ineptiſſimum eſt: Nam de eodem Horapolline nobiſcum ſentit. Nihil evidentius aut apertius. Aliis, qui Horapollinem ſibi confingerent alium, ſi eodem argumento uterentur, ſtatim unius Æliani auctoritatem opponerem Lib. 5. Cap. 39. de *Animalib.* ut ne alia nunc adducam, quæ Homerum in Ægypto celeberrimum & magnæ exiſtimationis fuiſſe probant: Eruditi ſciunt, nec ea

ſunt

sunt hujus loci. Illa autem Philippi Versio, sive libera sive adstricta, a nobis nunc denuo Typis mandata est ad fidem Editionis Hœschelianæ, quæ Librum Augustanum habuerat præeuntem. Antea ab Aldo semel, a Mercero bis edita fuit: Aldinam in prima Editione sua, quæ Anno MDXLVIII Parisiis prodiit, expresserat Mercerus, exceptis pauculis, quæ pro Typothetarum erratis haberi possunt, & una Libri 2. Cap. 88. γραφῇ. Dein a Gulielmo Morellio Exemplar Antiquum nactus, in quo pars maxima Libri Primi manu descripta erat, Anno MDLI Parisiis etiam in publicum emisit alteram Editionem suam, & lectiones discrepantes ex Codice Antiquo depromtas partim in Contextum recepit, partim ad Marginem adscripsit: Vix autem ego dubito, quin Codex Morellianus prima quinquaginta quinque Capita exhibuerit tantum: Nam usque ad Caput 56. lectionum discrepantia

protenditur, & postremæ ad Caput 55. pertinent. Quas cum in Editione sua omnes repræsentare debuisset Hœschelius, eas contra neglexit omnes, & Aldinas ad Marginem repræsentavit solas: Cujus omissionis alia non est ratio, quam quod alteram Editionem Merceri non viderit Hœschelius, nisi Horapollinis Contextu jam absoluto. Quanquam melius certe sibi & Lectori suo consuluisset, si ut potuisset facile, eas ad calcem Libri subjunxisset: In plerisque enim cum Codicis Augustani scriptura conspirant & ejus auctoritatem egregie stabiliunt. Quare nunc eas omnes non modo diligenter collegi, sed Aldinam etiam Editionem denuo cum Hœscheliana contuli, & lectiones discrepantes, quotquot in tribus illis Editionibus extant, accurate mihi notavi & post Horapollinis Contextum tibi exhibui Lector: Id enim scias, velim, in isto Variarum Lectionum Catalogo nullam primæ Editionis

Mer-

Mercerianæ a me habitam esse rationem; quia, ut jam monui, ad Aldinam efformata est & eam sequitur κατὰ πόδα. Tres autem illas Editiones Hœscheliana priores tribus Viris Clarissimis debeo: Aldinam enim Drakenburgius, Merceri primam Clericus, alteram Dukerus amice mihi submiserunt. Græce etiam prodiisse dicitur Philippi Versio Parisiis Anno MDXXI: quam Editionem ego diligenter quæsivi, sed reperire non potui. Fallor, aut hæc ipsissima illa est, cujus in Observationibus meminit Mercerus; qui cum in duabus suis Editionibus Libro 2. Cap. 88. pro τροφῆς exhibuerit ταφῆς, & de ista mutatione Lectorem ne verbo monuerit, perquam probabile est mihi, eum scripturam istam ex ipso illo Exemplari desumsisse, nec ejus autorem fuisse primum. Versioni Græcæ adjuncta est Versio Latina, quæ Mercero debetur absque ullo dubio: Nam ut alia non commemorem, primæ sta-

tim paginæ utriuſque Editionis Mercerianæ id luce meridiana clarius probant. Quare ſummopere miror extitiſſe Quosdam, qui eam Trebatio adſcripſerint: Sed illi neque Verſionem Trebatii neque Editiones Merceri unquam oculis uſurparunt, & ipſa Trebatiana, quæ a Viris Eruditis adducuntur, cum Mercerianis ne quidem leviter contulerunt: Nam cæteroquin ita ineptire non potuiſſent ullo modo. Illud obſervandum eſt, Hœſchelium, quem ſecuti ſumus, ex prima Editione Verſionem Merceri adumbraſſe; quam cum ope Libri Morelliani aliquot locis poſtea correxerit Vir Eruditus, operæ pretium erit ea breviter hic commemorare: Libro Primo Cap. 4. Aldinum, ἐπειδή φασιν ἐν τῇ ἀνατολῇ πενθεκαίδεκα μοῖραι ὑπάρχουσι, πρὸς &c, verterat, *quod in ortu quidem, ut inquiunt, quindecim ei partes ſuperſint, ut &c.* dein Morellianum, ἐπειδή φασιν ἐν τῇ ἀνα-

ἀνατολῇ πεντεκαίδεκα μοιρῶν ὑπάρχουσαν, πρὸς &c, vertit, *quod in ortu quidem dicant eam, cum quindecim eſt partium, ſurſum — apparere: at in occaſu — inflexa gerere.* Capite 7. Aldinum, ὥσε σημαίνειν τὴν συνήθειαν τῦ ὀνόματος, reddiderat Latine, *Itaque ex conſueta ſignificatione nomen hoc:* dein Morellianum, ὥσε σημαίνειν τὴν σύνθεσιν τῦ ὀνόματος, Latine reddidit, *Itaque nominis compoſitio.* Hœſchelius ad Marginem Editionis ſuæ adſcripſerat, *compoſitum nomen hoc.* Capite 11. Aldinum ἑκαλὸν expoſuerat nude: dein Morellianum ἑκατὸν εἴκοσι expoſuit digne. Capite 12. Aldinum, δοκεῖ γὰρ ἀὐλοῖς ὁ κόσμος συνεσάναι ὅτε ἀρσενικοῖς -----, tranſtulerat, *ſolis enim his, non etiam maſculis, mundus videtur conſiſtere:* dein Morellianum, δοκεῖ γὰρ ἀυτοῖς ὁ κόσμος συνεσάναι ἔκ τε ἀρσενικῦ καὶ θηλυκῦ ὑπάρχοντος, tranſtulit, *ipſis enim*

*videtur mundus ex mare ac fæmina constare.* Hœschelius ad Oram ibi, *ex masculo enim & fæmineo ipsis mundus &c.* Capite 28. Aldinum, σημειῶται ὡς παρειπέλο διαμένον τῇ γλώσσῃ, explicuerat, *indicatur eum, etsi perpetuo linguam habuerit, vocem tamen ac loquelam defeciſſe:* dein Morellianum, σημειῶται ὡς παραπεποδισμένον τῇ γλώσσῃ, explicuit, *indicatur eum lingua præpeditum.* Hœschelius ibi ad Marginem iterum, *indicatur eum linguæ impeditæ esse.* Tandem Capite 53. Aldinum, τοῖς Αἰγυπλίοις ἔδοξε συμβάλλειν τὸ ζῶον, Latine expreſſerat, *Ægyptiis placuit in hujus rei significationem hoc assumere animal:* dein Morellianum, τοῖς Αἰγυπλίοις ἔδοξε σεβάζειν τὸ ζῶον, Latine expreſſit, *Ægyptiis placuit hoc animal in honore habere.* Hœschelius ad Marginem, *hoc animal colere.* Atque hæc poſtremo excepto neceſſaria ſunt & bona: quibus nunc unum ſubjungam ma-

malum: Capite ſcilicet 49. Aldinum ὄρυγα feram quadrupedem cum Morelliano ὄρτυγα *coturnicem* peſſime commutavit in Secunda Editione ſua. Ita cum Vulgata Verſione Merceri ſeſe res habet: Alias Trebatii & Phaſianini duas videre non licuit adhibita quavis indagine. Neque id ægre fero: Ineptiſſimæ enim ſunt & nulla in re prodeſſe potuiſſent mihi; ut facile evincunt ea, quæ Viri Eruditi ex illis adducunt. Nam quod de Phaſianino, cui Libri obtigiſſent integriores, Hœſchelius notat, ſomnium eſt ex nimia ejus facilitate ortum: Non Libros Antiquos, ſed ingeniolum ſuum ſecutus eſt homo Italus: Id oculato Critico apparebit ſtatim. Poſt Horapollinis Contextum & Varias Lectiones ſequuntur Joannis Merceri & Davidis Hœſchelii Obſervationes & Notæ in Horapollinem integræ: Quibus adjunximus alias Cauſſini ſelectas, quæ ad rem aliquanto propius pertinebant:

bant: Iisque subjecimus tandem Observationes etiam Nostras. Quæ omnia erudito tuo examini submittimus Lector, ut statuas, quo pretio habenda sint singula. Vale, & fac, quod æquum bonumque sit: Plura enim præfari nolo. Trajecti ad Rhenum Non. Januar. A. MDCCXXVII.

# ΩΡΑΠΟΛΛΩΝΟΣ

ΝΕΙΛΩΟΥ

# ΙΕΡΟΓΛΥΦΙΚΑ.

# ΩΡΑΠΟΛΛΩΝΟΣ

## ΝΕΙΛΩΟΥ

ΙΕΡΟΓΛΥΦΙΚΑ, Α ΕΞΗΝΕΓΚΕ ΜΕΝ ΑΥΤΟΣ ΑΙΓΥΠΤΙΑΙ ΦΩΝΗΙ, ΜΕΤΕΦΡΑΣΕ ΔΕ ΦΙΛΙΠΠΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΛΛΑΔΑ ΔΙΑΛΕΚΤΟΝ.

### ά. πῶς αἰῶνα σημαίνουσι;

Αἰῶνα σημαίνοντες, ἥλιον καὶ σελήνην γράφουσι, διὰ τὸ αἰώνια εἶναι στοιχεῖα. αἰῶνα δ' ἑτέρως γράψαι βουλόμενοι, ὄφιν ζωγραφοῦσιν, ἔχοντα τὴν οὐρὰν ὑπὸ τὸ λοιπὸν σῶμα κρυπτομένην, ὃν καλοῦσιν Αἰγύπτιοι, οὐραῖον, ὅ ἐστιν Ἑλληνιστὶ βασιλίσκον· ὄντες χρυσοῦν ποιοῦντες, θεοῖς περιτιθέασιν. αἰῶνα δὲ λέγουσιν Αἰγύπτιοι διὰ τοῦδε τοῦ ζώου δηλοῦσθαι· ἐπειδὴ τριῶν γενῶν ὄφεων καθεστώτων, τὰ μὲν λοιπὰ, θνητὰ ὑπάρχει, τοῦτο δὲ μόνον ἀθάνατον· ὃ καὶ προσφυσῆσαν ἑτέρῳ παντὶ ζώῳ δίκα καὶ τοῦ δακεῖν, ἀναιρεῖ. ὅθεν ἐπειδὴ δοκεῖ ζωῆς καὶ θανάτου κυριεύειν, διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῶν θεῶν ἐπιτιθέασιν.

β'. πῶς

# HORAPOLLINIS NILIACI

## SACRÆ SCULPTURÆ, QUAS IPSE QUIDEM ÆGYPTIO SERMONE PRODIDIT, PHILIPPUS VERO LINGUA GRÆCA DONAVIT.

### 1. *Quo pacto ævum significant?*

ÆVum innuentes, Solem ac Lunam pingunt, quod hæc æterna sint, ævique fluxum producentia elementa. Quin & aliter ævum pictura exprimere volentes, serpentem pingunt, cujus cauda reliquo involvatur ac tegatur corpore. Hunc Ægyptii quidem lingua sua Uræum, Græci vero Basiliscum appellant. Eundem ex auro conflatum diis circumponunt. Cæterum hoc animali ævum significari propterea Ægyptii dicunt, quod cum tria sint serpentium genera, solum hoc ex omnibus immortale est, cætera mortalia: utpote cum quodvis aliud animal solo afflatu absque ullo morsu serpens hic interimat. Unde & quoniam vitæ necisque potestatem habere videtur, merito sane deorum capitibus inseritur.

## β'. πῶς κόσμον;

Κόσμον βελόμενοι γράψαι, ὄφιν ζωγραφοῦσι τὴν ἑαυτοῦ ἐσθίοντα οὐράν, ἐσιγμένον φολίσι ποικίλαις. διὰ μὲν τῶν φολίδων αἰνιττόμενοι τὰς ἐν τῷ κόσμῳ ἀστέρας. βαρύταλον δὲ τὸ ζῶον, καθάπερ καὶ ἡ γῆ. λειόταλον δὲ, ὥσπερ ὕδωρ. καθ' ἕκαστον δὲ ἐνιαυτὸν τὸ γῆρας ἀφεὶς, ἀποδύεται. καθ' ὃ καὶ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ ἐνιαυτὸς χρόνος ἐναλλαγὴν ποιούμενος, νεάζει. τὸ δὲ ὡς τροφῇ χρῆσθαι τῷ ἑαυτοῦ σώματι, σημαίνει, τὸ πάντα ὅσα ἐκ τῆς θείας προνοίας ἐν τῷ κόσμῳ γεννᾶται, ταῦτα πάλιν καὶ τὴν μείωσιν εἰς αὐτὸν λαμβάνειν.

## γ'. πῶς ἐνιαυτόν;

Ἐνιαυτὸν δὲ βελόμενοι δηλῶσαι, ἴσιν, τελέσι γυναῖκα ζωγραφοῦσιν. τῷ δὲ αὐτῷ, καὶ τὴν θεὸν σημαίνουσιν. Ἶσις δὲ παρ' αὐτοῖς ἐστὶν ἀστὴρ, Αἰγυπτιστὶ καλούμενος Σῶθις, Ἑλληνιστὶ δὲ Ἀστρονόων, ὃς καὶ δοκεῖ βασιλεύειν τῶν λοιπῶν ἀστέρων· ὁτὲ μὲν μείζων, ὁτὲ δὲ ἧσσων ἀνατέλλων· καὶ ὁτε μὲν λαμπρότερος, ὁτὲ δὲ,

## 2. *Quo pacto mundum?*

MUNDUM exprimere volentes, ſerpentem pingunt, qui ſuam ipſius caudam rodat, variis interſtinctum ſquamis: per ſquamas quidem ſtellas, quibus cœlum mundusve diſtinctus eſt, obſcure innuentes. Cæterum hoc animans non ſecus ac terra graviſſimum eſt, læviſſimum autem ac maxime lubricum, in aquæ morem. Inſuper ut ſerpens quotannis pelle ſimulque ſenio exuitur, ſic & annus vertens, qui mundi circumactu producitur, immutatione facta renovatur, ac velut rejuveneſcit. Quod vero velut cibo, ſuo utatur corpore, ſignificat id, quæcunque Dei providentia in mundo gignuntur, ea rurſum in eundem reſolvi, & tanquam imminutionem ſumere.

## 3. *Quo modo annum?*

PORRO annum demonſtrare volentes, Iſin, hoc eſt mulierem pingunt: quo etiam ſigno deam ſignificant. Eſt autem apud eos Iſis ſidus, quod Ægyptio quidem nomine Sothis, Græco vero Aſtrocyon dicitur, qui & inter reliqua ſidera principatum obtinere videtur: ut qui dum oritur, nunc major ſit, nunc minor, interim ſplendi-

δὲ, ȣ̓χ ȣ̔́τως. ἔτι δέ ϗ διότι κατὰ τὴν τȣ́τȣ τȣ̃ ἄςρȣ ἀνατολὴν, σημειȣ́μεθα περὶ πάντων τῶν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ μελλόντων τελεῖσθαι. διόπερ ȣ̓κ ἀλόγως τὸν ἐνιαυτὸν, ἴσιν λέγȣσιν. ϗ ἑτέρως δὲ ἐνιαυτὸν γράφοντες, φοίνικα ζωγραφȣ̃σι, διὰ τὸ δένδρον τȣ̃το μόνον τῶν ἄλλων κατὰ τὴν ἀνατολὴν τῆς σελήνης, μίαν βάϊν γεννᾷν, ὡς ἐν ταῖς δώδεκα βάεσιν ἐνιαυτὸν ἀπαρτίζεσθαι.

δ΄. πῶς μῆνα;

Μῆνα δὲ γράφοντες, βάϊν ζωγραφȣ̃σιν, ἢ σελήνην ἐπεςραμμένην εἰς τὸ κάτω. βάϊν μὲν, τῆς προειρημένης ἐπὶ τȣ̃ φοίνικος αἰτίας χάριν· σελήνην δὲ ἐπεςραμμένην εἰς τὸ κάτω, ἐπειδή φασιν, ἐν τῇ ἀνατολῇ πεντεκαίδεκα μοῖραι ὑπάρχȣσι, πρὸς τὸ ἄνω τοῖς κέρασιν ἐσχηματίσθαι· ἐν δὲ τῇ ἀποκρȣ́σει, τὸν ἀριθμὸν τῶν τριάκοντα ἡμερῶν πληρώσασαν, εἰς τὸ κάτω τοῖς κέρασι νεύειν.

ε΄. πῶς τὸ ἐνιςάμενον ἔτος;

Ἔτος τὸ ἐνιςάμενον γράφοντες, τέταρτον ἀρȣ́ρας γράφουσιν. ἔςι δὲ μέτρον γῆς ἡ ἄρȣρα, πηχῶν ἑκα-

dior, interim vero ſecus. Inſuper & quoniam in hujuſce ſideris exortu, ea ſignis quibuſdam obſervamus, quæ toto anno peragenda ſunt: propterea non ab re annum Iſin appellant. Aliter quoque annum indicantes, palmam pingunt, quod arbor hæc ſola ex omnibus ad ſingulos Lunæ ortus, ſingulos etiam ramos procreet, ita ut duodecim ramorum productione annus expleatur.

## 4. *Quo modo menſem?*

MENSEM autem notantes, ramum pingunt, aut Lunam deorſum converſam. Ramum quidem, ob cauſam jam in palma dictam: Lunam vero deorſum vergentem, quod in ortu quidem, ut inquiunt, quindecim ei partes ſuperſint, ut ſurſum erectis cornibus appareat: At in occaſu, triginta diebus completis, cornua deorſum inflexa gerat.

## 5. *Quomodo inſtantem annum?*

INSTANTEM annum ſignificantes, quartam arvi partem pingunt. Eſt autem ἄρουρα, unde Latinis arvum dicitur, terræ menſura centum comple-

ἑκάλόν. βελόμενοί τε ἐτ῀ εἰπεῖν, τέταρτον λέγουσιν. ἐπειδή φασι κατὰ τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἄστρου τῆς Σώθεως, μέχρι τῆς ἄλλης ἀνατολῆς, τέταρτον ἡμέρας προσίθεσθαι, ὡς εἶναι τὸ ἔτ῀ τοῦ θεοῦ, τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν. ὅθεν καὶ διὰ τετραετηρίδ῀ περιστὴν ἡμέραν ἀριθμοῦσιν Αἰγύπτιοι· τὰ δὲ τέσσαρα τέταρτα ἡμέραν ἀπαρτίζει.

## ς'. Τί δηλοῦσιν ἱέρακα γράφοντες

Θεὸν βελόμενοι σημῆναι, ἢ ὕψ῀, ἢ ταπείνωσιν, ἢ ὑπεροχήν, ἢ αἷμα, ἢ νίκην, ἢ Αρεα, ἢ Αφροδίτην, ἱέρακα ζωγραφοῦσι. θεὸν μὲν, διὰ τὸ πολύγονον εἶναι τὸ ζῶον, καὶ πολυχρόνιον· ἔτι γὲ μὴν, ἐπεὶ καὶ δοκεῖ εἴδωλον ἡλίου ὑπάρχειν, παρὰ πάντα τὰ πτηνὰ πρὸς τὰς αὐγὰς ἀετῶν ὀξυωπέν· ἀφ' ἧς καὶ οἱ ἰατροὶ πρὸς ἴασιν ὀφθαλμῶν τῇ ἱερακίᾳ βοτάνῃ χρῶνται· ὅθεν καὶ τὸν ἥλιον ὡς κύριον ὅλα ὁράσεως, ἔστ' ὅτε ἱερακόμορφον ζωγραφοῦσιν. ὕψ῀ δὲ, ἐπεὶ τὰ μὲν ἕτερα ζῶα εἰς ὕψ῀ πέτεσθαι προαιρέμενα, πλαγίως περιφέρεται, ἀδυνατοῦντα κατευθὺ χωρεῖν·

μόν῀

plectens cubitos. Itaque annum volentes dicere, quartum dicunt, propterea quod ab uno, ut tradunt, sideris cui Sothis nomen fecimus, ortu, ad alterum quarta sit interjecta diei pars. Enimvero dei Solis inquam annus trecentis sexaginta quinque diebus absolvitur: unde & quarto quoque anno supervacuum diem computant atque intercalant Ægyptii. Quatuor siquidem diei quadrantes diem perficiunt.

### 6. *Quid accipitrem pingentes, innuunt?*

DEum cum volunt significare, aut sublimitatem, aut humilitatem, aut præstantiam, aut sanguinem, aut victoriam, accipitrem pingunt. Deum quidem, tum quod fœcundum sit ac diuturnæ vitæ hoc animal, tum etiam quod Solis præter cæteras volucres simulachrum esse videatur, utpote peculiari quadam atque occulta naturæ vi, intentissimis in ejus radios oculis prospiciens. Atque hinc est, quod medici ad sananda oculorum vitia, hieraceo herba utuntur. Inde etiam fit, ut Solem interdum tanquam visus tutorem ac dominum, accipitris forma pingant. Sublimitatem vero, quoniam cum cætera quidem animantia, quoties in sublime tolli volunt, oblique ferantur, nec

μόνῳ δὲ ἱέραξ εἰς ὕψῳ καλευθὺ πέτεσθαι. ταπεινώσιν δὲ, ἐπεὶ τὰ ἕτερα ζῶα, ἃ καλὰ κάθελον πρὸς τοῦτο χωρεῖ, πλαγίως δὲ καλαφέρεσθαι· ἱέραξ δὲ καλευθὺ, ἐπὶ τὸ ταπεινὸν τρέπεσθαι. ὑπεροχὴν δὲ, ἐπειδὴ δοκεῖ πάντων τῶν πετεινῶν διαφέρειν. αἷμα δὲ, ἐπειδή φασι τοῦτο τὸ ζῶον, ὕδωρ μὴ πίνειν, ἀλλὰ αἷμα. νίκην δὲ, ἐπειδὴ δοκεῖ τοῦτο τὸ ζῶον, πᾶν νικᾷν πετεινόν. ἐπειδὰν γὰρ ὑπὸ ἰσχυροτέρου ζώου καταδυναστεύηται, τὸ τηνικαῦτα ἑαυτὸν ὑπτιάσας ἐν τῷ ἀέρι, ὡς τὰς μὲν ὄνυχας αὐτοῦ ἐν τῷ ἄνω ἐσχηματίσθαι, τὰ δὲ πτερὰ, καὶ τὰ ὀπίσθια εἰς τὰ κάτω, τὴν μάχην ποιεῖται· ἔτω γὰρ τὸ ἀντιμαχόμενον αὐτῷ ζῶον, τὸ αὐτὸ ποιῆσαι ἀδυνατεῖν, εἰς ἥττων ἔρχεσθαι.

## ζ'. πῶς δηλοῦσι ψυχήν;

ΕΤι γε μὴν καὶ ἀντὶ ψυχῆς ὁ ἱέραξ τάσσεται, ἐκ τῆς τοῦ ὀνόματος ἑρμηνείας. καλεῖται γὰρ παρ' Αἰγυπτίοις ὁ ἱέραξ, βαιήθ. τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα διαιρεθὲν, ψυχὴν σημαίνει καὶ καρδίαν. ἔστι γὰρ τὸ μὲν βαΐ, ψυχή· τὸ δὲ ἦθ, καρδία. ἡ δὲ καρδία καθ' Αἰγυπτίους, ψυχῆς περίβολος· ὡς τε σημαίνειν τὴν σύνθεσιν τοῦ ὀνό-

recta ſurſum evehi poſſint; ſolus accipiter recta in altum volat. Humilitatem porro ſeu dejectionem, quod eadem ratione cæteræ animantes non perpendiculi modo, ſed velut ex tranſverſo & flexuoſe deorſum ferantur, ſolus accipiter directo ad inferiora viam carpat. Præſtantiam, quod cæteris præſtare videatur avibus. Sanguinem, quia animal hoc inquiunt, non aquam, ſed ſanguinem bibere. Victoriam demum, quod cætera volatilia vincere videatur. Cum enim robuſtioris animantis potentia ſe videt opprimi, tum ſeſe in aëre ita reſupinans, ut ungues quidem ſurſum, pennas vero ac poſteriores partes deorſum verſas habeat, cum idem avis quæ cum eo congreditur efficere nequeat, ita facile eam in fugam vertit, ac ſibi victoriam parat.

## 7. *Quo modo animam indicant?*

QUin & pro anima ponitur accipiter, juxta nominis interpretationem. Siquidem Ægyptiis accipiter baieth dicitur, quod nomen ſi diviſeris, animam & cor ſonat: BAI enim anima eſt, & ETH cor. Cor autem ex Ægyptiorum ſententia, animæ ambitus eſt. Itaque ex conſueta ſignificatione no-

ὀνόμαλ@, ψυχὴν ἐγκαρδίαν. ἀφ' ἧς καὶ ὁ ἱέραξ διὰ τὸ καὶ πρὸς τὴν ψυχὴν συμπαθεῖν, ὕδωρ δὲ πίνει τὸ καθόλου, ἀλλ' αἷμα, ᾧ καὶ ἡ ψυχὴ τρέφεται.

## ιδ'. πῶς Αρεα καὶ Αφροδίτην;

ΑΡεα δὲ γράφοντες καὶ Αφροδίτην, δύο ἱέρακας ζωγραφοῦσιν· ὧν τὸν ἄρσενα, εἰκάζουσιν Αρεϊ, τὴν δὲ θήλειαν, Αφροδίτῃ. ἐπειδὴ τὰ μὲν ἄλλα θηλυκὰ ζῶα πρὸς πᾶσαν μίξιν τῷ ἀνδρὶ οὐχ ὑπακούει, καθάπερ ἱέραξ. τριακονθήμερος γὰρ τῆς ἡμέρας βασανιζομένη, ἐπειδὰν ἀναχωρήσῃ, φωνηθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἄρσεν@, πάλιν ὑπακούει. διὸ καὶ πᾶσαν θήλειαν τῷ ἀνδρὶ πειθομένην, Αἰγύπτιοι Αφροδίτην καλοῦσι· τὴν δὲ μὴ πειθομένην, ἐκ ὅτου προσαγορεύουσι. διὰ τοῦτο καὶ ἡλίῳ τὸν ἱέρακα ἀνέθεσαν. παραπλησίως γὰρ τῷ ἡλίῳ τὸν τριάκοντα ἀριθμὸν ἐν τῷ πλησιασμῷ τῆς θηλείας ἀποδίδωσιν.

Ετέρως δὲ τὸν Αρεα καὶ τὴν Αφροδίτην γράφοντες, δύο κορώνας ζωγραφοῦσιν, ὡς ἄνδρα καὶ γυναῖκα. ἐπεὶ τοῦτο τὸ ζῶον, δύο ὠὰ γεννᾷ, ἀφ' ὧν ἄρρεν καὶ θῆλυ γεννᾶσθαι δεῖ. ἐπειδὰν δὲ γεννήσῃ, ὅπερ σπανίως γι-

men hoc, animam cordatam notat. Unde & accipiter ob eum quem cum anima habet naturæ conſenſum, aquam omnino non bibit, ſed ſanguinem, quo & ipſa nutritur anima.

## 8. *Quo modo Martem ac Venerem ?*

MArtem vero & Venerem notantes, duos pingunt accipitres, eorum marem Marti, fœminam Veneri comparantes: idque propterea, quod ex cæteris animantibus fœmina mari non ad omnem congreſſum obtemperat, ut in accipitrum genere, in quo etſi tricies in die fœmina a mare comprimatur, ab eo digreſſa ſi inclamata fuerit, paret iterum. Ideoque & fœminam omnem quæ viro morem gerit, Ægyptii Venerem vocant: Quæ vero non eſt dicto audiens, non ita appellant. Atque hæc ſane cauſa fuit, cur Soli accipitrem conſecrarint: non ſecus enim ac Sol, ter denarium explet numerum in congreſſu fœminæ.

Aliter quoque Martem & Venerem ſcribentes, duas pingunt Cornices, ut marem ac fœminam: quoniam animal hoc gemina ſolet ova parere, ex quibus mas & fœmina gignantur. Ubi vero, quod raro tamen accidit, vel duo maſcula vel duo fœ-

γίνεται, δύο ἀρσενικὰ, ἢ δύο θηλυκὰ, τὰ ἀρσενικὰ τὰς θηλείας γαμήσαντα, ἢ μίσγεται ἑτέρᾳ κορώνῃ, οὐδὲ μὴν ἡ θήλεια ἑτέρᾳ κορώνῃ μέχρι θανάτου, ἀλλὰ μόνα τὰ ἀποζυγέντα διαλελεῖ. διὸ καὶ μιᾷ κορώνῃ συναλήσαντες, οἰωνίζονται οἱ ἄνθρωποι, ὡς χηρεύοντι συναλησκότες ζώῳ. τῆς δὲ τοιαύτης αὐλῶν ὁμονοίας χάριν, μέχρι νῦν οἱ Ἕλληνες ἐν τοῖς γάμοις, ἐκκορὶ, κορὶ, κορώνην λέγουσι ἀγνοοῦντες.

## θ'. πῶς γάμον;

ΓΑμον δὲ δηλοῦντες, δύο κορώνας πάλιν ζωγραφοῦσι, τοῦ λεχθέντος χάριν.

## ι'. πῶς μονογένες;

ΜΟνογενὲς δὲ δηλοῦντες, ἢ γένεσιν, ἢ πατέρα, ἢ κόσμον, ἢ ἄνδρα, καλλαρὸν ζωγραφοῦσι. μονογενὲς μὲν, ὅτι αὐτογενές ἐστι τὸ ζῶον, ὑπὸ θηλείας μὴ κυοφορούμενον. μόνη γὰρ γένεσις αὐλοῦ, τοιαύτη ἐστίν. ἐπειδὰν ὁ ἄρσην βούληται παιδοποιήσασθαι, βοὸς ἀφόδευμα λαβὼν, πλάσσει σφαιροειδὲς παραπλήσιον τῷ κόσμῳ σχῆμα· ὃ ἐκ τῶν ὀπισθίων μερῶν κυλίσας

ἀπὸ

minea ova peperit, mares fœminis connubio juncti nunquam ad alteram divertunt cornicem, ac ne ipsa quidem fœmina, quoad vivit, ad alterum marem: sed disjuncti, soli deinceps semper degunt. Unde & cum uni cornici occurrerint homines, augurantur præsagium sibi hoc esse viduæ vitæ, quod scilicet animali viduam agenti vitam obvii facti fuerint. Proinde in hunc usque diem, Græci ob tantam harum avium concordiam, in nuptiis ignorantes verbum illud usurpare solent ἐκκορὶ, nimirum κορὶ cornicem appellantes.

### 9. *Quo modo nuptias?*

ATque eandem ob causam nuptias innuentes, duas rursum appingunt Cornices.

### 10. *Quo modo unigenitum?*

UNigenitum autem significantes, aut ortum, aut patrem, aut mundum, aut virum, Scarabæum pingunt. Ac unigenitum quidem, quod per se gignatur hoc animal, utpote in utero fœminæ non prius efformatum ac gestatum: ejus enim solius hujuscemodi ortus est. Cum mas sobolem procreare vult, bovis fimum nactus, globulum ex eo ejus-

ἀπὸ ἀναλολῆς εἰς δύσιν, αὐλὸς πρὸς ἀναλολὴν βλέπει, ἵνα ἀποδῶ τὸ τῦ κόσμυ σχῆμα. αὐλὸς γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀπηλιώτυ εἰς λίβα φέρεται· ὁ δὲ τῶν ἀστέρων δρόμος, ἀπὸ λιβὸς εἰς ἀπηλιώτην· ταύτην ἓν τὴν σφαῖραν κατοξύξας, εἰς γῆν κάλαλίθεται ἐπὶ ἡμέρας εἰκοσιοκτὼ, ἐν ὅσαις καὶ ἡ σελήνη ἡμέραις τὰ δώδεκα ζώδια κυκλεύει. ὑφ' ἣν ἀπομένον, ζωογονεῖται τὸ τῶν κανθάρων γένος. τῇ ἐνάτῃ δὲ καὶ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἀνοίξας τὴν σφαῖραν, εἰς ὕδωρ βάλλει. ταύτην γὰρ τὴν ἡμέραν νομίζει σύνοδον εἶναι σελήνης καὶ ἡλίυ, ἔτι τε καὶ γένεσιν κόσμυ. ἧς ἀνοιγομένης ἐν τῷ ὕδατι, ζῶα ἐξέρχεται, τελείους οἱ κάνθαροι. γένεσιν δὲ, διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν. πατέρα δὲ, ὅτι ἐκ μόνυ πατρὸς τὴν γένεσιν ἔχει ὁ κάνθαρος. κόσμον δὲ, ἐπειδὴ κοσμοειδῆ τὴν γένεσιν ποιεῖται. ἄνδρα δὲ, ἐπειδὴ θηλυκὸν γένος αὐτοῖς οὐ γίνεται. εἰσὶ δὲ καὶ κανθάρων ἰδέαι τρεῖς. πρώτη μὲν, αἰλυρόμορφος, καὶ ἀκτινωτὴ, ὕπερ καὶ ἡλίῳ ἀνέθεσαν διὰ τὸ σύμβολον. φασὶ γὰρ τὸν ἄρρενα αἴλυρον, συμμεταβάλλειν τὰς κόρας τοῖς τῦ ἡλίου δρόμοις. ὑπεκλείνονται μὲν γὰρ κατὰ πρωῒ πρὸς τὴν τῦ θεῦ ἀνατολήν· στρογγυλοειδεῖς δὲ γίνονται κατὰ τὸ μέ-

ejuſdem cum mundo figuræ fingit: quem ubi ab ortu in occaſum averſis pedibus volutarit, ipſe rurſum, ut orbi perſimilem figuram edat atque exprimat, in ortum convertitur. Ipſe ſiquidem orbis a Subſolano circumagitur in Africum: At ſiderum contrarius eſt curſus, ab Africo ad Subſolanum. Hanc itaque pilam in terra defoſſam reponit in dies octo & viginti: nam & totidem diebus Luna duodecim Zodiaci ſigna perluſtrat, ſub qua toto illo tempore permanens animatur ac ſemen vitale ſuſcipit ſcarabæorum genus. Nono autem & viceſimo die apertam pilam, in aquam conjicit (eum enim diem eſſe putat, quo & Luna cum Sole congrediatur, & mundi inſuper fiat generatio) quæ dum in aqua aperitur, prodeunt animalia, hoc eſt ſcarabæi. Ortum autem, propter jam dictam cauſam. Patrem, quod ex ſolo patre ortum habeat ſcarabæus. Mundum, quod ad mundi figuram ejus generatio ac fœtus accedat. Virum denique, quod non ſit in eorum genere fœmina. Sunt porro Scarabæorum formæ tres: Prima felium ſpecie, ac velut radiis inſignita, quam & Soli ob ſignificationem quandam dicarunt. Ajunt enim felem marem juxta varium Solis habitum & curſum pupillas commutare, ad ortum quidem Solis mane nonnihil ex-

μέσον τῆς ἡμέρας, ἀμαυρότεραι δὲ φαίνονται, δύνειν μέλλοντι τῷ ἡλίῳ. ὅθεν καὶ τὸ ἐν Ηλίῳ πόλει ξόανον τῷ θεῷ αἰλυρόμορφον ὑπάρχει. ἔχει δὲ πᾶς κάνθαρος καὶ δακτύλους τριάκοντα, διὰ τὴν τριακονταήμερον τοῦ μηνὸς, ἐν αἷς ὁ ἥλιος ἀνατέλλων, τὸν ἑαυτῷ ποιεῖται δρόμον. δευτέρα δὲ γενεὰ, ἡ δίκερως καὶ ταυροειδὴς, ἥτις καὶ τῇ Σελήνῃ καθιερώθη, ἀφ' ἧς καὶ τὸν ἐν οὐρανῷ ταῦρον, ὕψωμα τῆς θεᾶς ταύτης λέγουσιν εἶναι παῖδες Αἰγυπτίων. τρίτη δὲ, ἡ μονόκερως καὶ ἰδιόμορφος, ἣν Ερμῇ διαφέρειν ἐνόμισαν· καθὰ καὶ ἴβις τὸ ὄρνεον.

## ια'. τί γῦπα γράφοντες δηλοῦσι;

Μητέρα δὲ γράφοντες, ἢ βλέψιν, ἢ ὄριον, ἢ πρόγνωσιν, ἢ ἐνιαυτὸν, ἢ οὐρανίαν, ἢ ἐλεήμονα, ἢ Αθηνᾶν, ἢ Ηραν, ἢ δραχμὰς δύο, γῦπα ζωγραφοῦσι. μητέρα μὲν, ἐπειδὴ ἄρρεν ἐν τούτῳ τῷ γένει τῶν ζώων οὐχ ὑπάρχει. ἡ δὲ γένεσις αὐτῶν, γίνεται τρόπῳ τοιῷδε. ὅταν ὀργώσῃ πρὸς σύλληψιν ἡ γὺψ, τὴν φύσιν ἑαυτῆς ἀνοίξασα πρὸς βορέαν ἄνεμον, ὑπὸ τούτου ὀχεύεσθαι ἐπὶ ἡμέραις πέντε· ἐν αἷς, ὅτε βρωτοῦ ὅτε πόσου με-

λα-

tendi, ſub meridiem velut rotundas fieri, Sole ad occaſum vergente obtuſiores obſcurioresque apparere. Unde & quæ apud Heliopolim eſt DEI Solis inquam ſtatua, felis ſpeciem præ ſe fert. Habet autem & Scarabæus omnis digitos triginta, idque in indicium 30. menſis dierum, quibus Sol oriens ſuum per ſingula Zodiaci ſigna curſum peragit. Alterum Scarabæorum genus bicorne eſt, & taurina ſpecie: quod cum & Lunæ conſecratum ſit, inde etiam eum qui inter ſidera relatus eſt taurum, hujuſce deæ elevationem eſſe perhibent Ægyptiorum filii. Tertium unicorne eſt, & ſuæ peculiaris formæ, quod & Mercurio ſacrum eſſe, ut etiam eſt Ibis avis, exiſtimārunt.

### 11. *Quid, Vulturem delineantes, indicant?*

CÆterum matrem ſignificantes, aut aſpectum, aut limitem, aut futurorum cognitionem, aut annum, aut cœlum, aut miſericordem, aut Minervam, aut Junonem, aut drachmas duas, vulturem pingunt. Matrem quidem, quod in hoc animantium genere mas non ſit. Gignuntur autem hunc in modum: Cum amore concipiendi vultur exarſerit, vulvam illæſam ad Boream aperiens, ab eo velut comprimitur per dies quinque, quibus

ἁλαμβάνει, ποθοῦσα παιδοποιΐαν. ἔστι δὲ καὶ ἀλλαγένη γυπῶν, ἃ ὑπὸ ἀνέμου συλλαμβάνει, ὧν τὰ ὠὰ πρὸς βρῶσιν αὐλὸ μόνον, ἔτι δὲ πρὸς ζωογονίαν ἐστὶ χρήσιμα. γυπῶν δὲ ὑπηνέμιον ποιουμένων τὴν ὀχείαν, ἡ τῶν ὠῶν γένεσις ζωογονεῖται. βλέψιν δὲ, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων ζώων ἀπάντων, ὀξυωπέστερον ὁρᾷ ὁ γύψ· ἐν μὲν ἀναλογῇ τοῦ ἡλίου ὄντος, πρὸς δύσιν βλέπουσα, ἐν δύσει δὲ τοῦ θεοῦ ὑπάρχοντος, πρὸς ἀνατολὴν, ἐξ ἱκανοῦ διαστήματος περιζομένη τὰ πρὸς χρῆσιν αὐτῇ βρώσιμα. ὅριον δὲ, διότι πολέμου μέλλοντος τελειοῦσθαι, τὸν τόπον ὁρίζει, ἐν ᾧ μέλλει ὁ πόλεμος γίνεσθαι, πρὸ ἡμερῶν ἑπτὰ ἐπ' αὐλὸν παραγινομένη. πρόγνωσιν δὲ, διά τε τὰ προειρημένα, καὶ ὅτι πρὸς τοὺς πλείονας σφαζομένους καὶ πτωμένους βλέπει, ταμιευομένη τὴν ἑαυτῆς ἐκ τῶν πτωμάτων τροφήν· παρ' ὃ καὶ οἱ ἀρχαῖοι βασιλεῖς, κατασκόπους ἔπεμπον σκεπτόμενοι κατὰ ποῖον τοῦ πολέμου αἱ γῦπες βλέπουσι μέρος, ἐντεῦθεν σημειούμενοι τοὺς πτωμένους. ἐνιαυτὸν δὲ, διὰ τὸ ἐν τούτῳ τῷ ζώῳ τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε ἡμέρας τοῦ ἔτους διαιρεῖσθαι, ἐν αἷς ὁ ἐνιαυσιος ἐκτελεῖται χρόνος. ἑκατὸν γὰρ εἴκοσιν ἡμέρας ἔγκυος μέ-

νει,

nec cibum, nec potum omnino capit, fœtus procreationi intentus. Sunt porro & alia vulturum genera, quæ ex vento concipiunt quidem, ſed quorum ova ad eſum duntaxat, non item ad fœtum ſuſcipiendum ac formandum ſunt accommodata. At eorum vulturum, quorum non eſt ſubventaneus duntaxat & inefficax coitus, ova ad gignendum, tollendamque ſobolem ſunt inprimis idonea. Aſpectum autem, quod ex omnibus animantibus perſpicaciſſimi viſus ſit vultur, ut qui oriente quidem Sole in occaſum, occidente vero in ortum proſpiciat, atque e ſatis longo intervallo quæ ſibi uſui ſint, comparet edulia. Limitem, quod cum belli conficiendi tempus inſtat, locum ubi pugna committenda ſit, ſeptem ante diebus ad eum accedens præfiniat & circumſcribat. Præſagium vero, tum ob jam dictam cauſam, tum etiam quod ad eam exercitus partem ſeſe convertere ſoleat, ubi major ſit futura clades, ſibi ex cadaveribus alimentum ſeponens, ac in futurum provide reſervans. Unde & priſci reges, exploratores mittebant, per quos in utram aciei partem reſpexiſſent vultures, cognoſcerent, indeque vincendos ac internecina ſtrage delendos colligerent. Annum porro, quoniam animal hoc trecentos illos ac

νει, ἡ τὰς ἴσας τὰς νεοσσὰς ἐκτρέφει· ταῖς δὲ λειπόσαις ἑκατόν εἴκοσι, τὴν ἑαυτῆς ἐπιμέλειαν ποιεῖται, μήτε κυοφορῆσα, μήτε τρέφουσα, παρασκευάζουσα δὲ ἑαυτὴν εἰς ἑτέραν σύλληψιν· τὰς δὲ λοιπὰς πέντε τοῦ ἔτους ἡμέρας, ὡς ἤδη προεῖπον, εἰς τὴν τῶ ἀνέμου ὀχείαν καταναλίσκει. ἐλεήμονα δὲ, ὅπερ δοκεῖ παρά τισιν ἐναντίωμα εἶναι ὑπάρχειν, ἐπεὶ τοῦτο τὸ ζῶον πάντα ἀναιρεῖ. ἠναγκάσθησαν δὲ τοῦτο γράψαι, ἐπειδὴ ἐν ταῖς ἑκατὸν εἴκοσι ἡμέραις, ἐν αἷς τὰ ἑαυτῆς ἐκτρέφει τέκνα, ἐπὶ πλεῖον ἀ πέτεται, περὶ δὲ τὰς νεοσσὰς ἡ τὴν τούτων τροφὴν ἀσχολεῖται. ἐν αἷς ἀπορήσασα τροφῆς, ἵν' παράσχηται τοῖς νηπίοις, τὸν ἑαυτῆς μηρὸν ἀνατεμοῦσα, παρέχει τοῖς τέκνοις τοῦ αἵματος μεταλαμβάνειν, ὡς μὴ ἀπορήσαντα τροφῆς ἀναιρεθῆναι. Αθηνᾶν δὲ καὶ Ηραν, ἐπειδὴ δοκεῖ παρ' Αἰγυπτίοις, Αθηνᾶ μὲν τὸ ἄνω τοῦ οὐρανοῦ ἡμισφαίριον ἀπειληφέναι· τὸ δὲ κάτω, Ηρα. ὅθεν καὶ ἄτοπον ἡγοῦνται ἀρσενικῶς δηλοῦν τὸν οὐρανὸν, θηλυκῶς μέντοι τὴν οὐρανόν. διότι ἡ γένεσις ἡλίου καὶ σελήνης ἡ τῶν λοιπῶν ἀστέρων, ἐν αὐτῷ ἀποτελεῖται, ὅπερ ἐστὶ θηλείας ἔργον. καὶ τὸ τῶν γυπῶν δὲ, ὡς

προ-

ſexaginta quinque dies, quibus completur annus, ita diſtribuit, ut centum quidem ac viginti diebus prægnans maneat, totidem pullos enutriat, reliquis vero centum ac viginti ſui curam gerat, neque uterum ferens, neque alendis addicta liberis, ſed ſeipſam duntaxat ad aliam parans conceptionem. Quinque autem illos qui ſuperſunt anni dies in venti, ut jam dictum eſt, compreſſionem & coitum inſumit. Miſericordem autem, quod quibuſdam alieniſſimum forſan videbitur, præſertim quum hoc animal infeſtiſſimo animo cætera perſequatur, atque interimat. Sed ut hoc pictura vulturis innuerent, eo impulſi ſunt; quod centum illis diebus, quibus ſuos educat, pene nunquam evolet, ſed omnem curam ac ſollicitudinem illis alendis adhibeat. Quod ſi eo tempore cibus non ſuppetat, quo eos ſuſtentet, proprio execto femore ſugendum eis exhibet & impertitur ſanguinem, ut ne cibi penuria atque inedia conficiantur. Minervam ac Junonem, quoniam videtur apud Ægyptios Minerva quidem ſuperius cœli hemiſphærium occupaſſe, Juno vero inferius. Quæ & cauſa eſt, ut abſurdum cenſeant cœlum maſculino genere efferre: quippe cum & Solis & Lunæ cæterorumque ſiderum genitura in eo perfecta ſit, qui ni-

προεῖπον, γένος, θηλειῶν ἐστι γένος μόνον. δι' ἣν αἰτίαν καὶ παντὶ θηλυκῷ ζωδίῳ οἱ Αἰγύπτιοι γῦπα ὡς βασίλειον ἐπιτιθέασιν, ἀφ' οὗ καὶ πᾶσαν θεὰν, ἵνα μὴ περὶ ἑκάστης γράφων, μηκύνω τὸν λόγον, --- Αἰγύπτιοι. μητέρα οὖν θέλοντες σημῆναι, γῦπα ζωγραφοῦσι· μήτηρ γάρ ἐστι θηλυκοῦ ζώου. οὐρανίαν δὲ, οὐ γὰρ ἀρέσκει αὐτοῖς τὸν οὐρανὸν λέγειν, καθὼς προεῖπον· ἐπεὶ τούτων ἡ γένεσις ἐκεῖθέν ἐστι. δραχμὰς δὲ δύο, διότι παρ' Αἰγυπτίοις μονάς ἐστιν αἱ δὺο γραμμαί· μονὰς δὲ, παντὸς ἀριθμοῦ γένεσις. εὐλόγως οὖν δύο δραχμὰς βουλόμενοι δηλῶσαι, γῦπα γράφουσιν, ἐπεὶ μήτηρ δοκεῖ καὶ γένεσις εἶναι, καθάπερ καὶ ἡ μονάς.

## ιβ'. πῶς Ηφαιστον γράφουσι;

Ηφαιστον δὲ γράφοντες, κάνθαρον καὶ γῦπα ζωγραφοῦσιν· Αθηνᾶν δὲ, γῦπα καὶ κάνθαρον. δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς ὁ κόσμος συνεστάναι ἔκτε ἀρσενικοῦ καὶ θηλυκοῦ. ἐπὶ δὲ τῆς Αθηνᾶς τὴν γῦπα γράφουσιν. οὗτοι γὰρ μόνοι θεῶν παρ' αὐτοῖς, ἀρσενοθήλεις ὑπάρχουσι.

Τί

nimirum fœminæ actus est. Quin & vulturum genus, ut jam expoſui, fœminas tantum complectitur. Quam ob cauſam & cuivis fœminei ſexus animanti Ægyptii vulturem, ut in eo ſexu principem ac primarium apponunt: ex quo & deam omnem, ne ſigillatim unamquamque percurrens, prolixior ſim, ſignificant Ægyptii. Inſuper & matrem innuere volentes, vulturem pingunt: eſt enim mater fœmineæ naturæ. οὐρανίαν autem hoc eſt cœlum (neque enim placet ipſis, ut dixi, maſculino genere οὐρανὸν dicere) quoniam horum omnium generatio inde eſt. Duas denique drachmas, quod apud Ægyptios duæ lineæ unitas eſt. Unitas vero cujuslibet numeri ortus eſt ac principium. Optima itaque ratione duas drachmas indicare volentes, vulturem pingunt, quod generationis ipſe ſibi autor materque ac principium, quemadmodum & unitas, eſſe videatur.

## 13. *Quo modo Vulcanum notant?*

AT Vulcanum indicantes, ſcarabæum & vulturem pingunt. Minervam vero, vulturem & ſcarabæum: ſolis enim his, non etiam maſculis, mundus videtur conſiſtere. Vulturem autem Minervæ appingunt, quod hi ſoli ex diis apud ipſos mares ſint ſimul ac fœminæ.

## ιγ'. Τί ἀστέρα γράφοντες δηλοῦσι;

Θεὸν δὲ ἐγκόσμιον σημαίνοντες, ἢ εἱμαρμένην, ἢ τὸν πέντε ἀριθμὸν, ἀστέρα ζωγραφοῦσι. θεὸν μὲν, ἐπειδὴ πρόνοια θεοῦ, τὴν νίκην προσάσσει, ἧ τῶν ἀστέρων καὶ τοῦ παντὸς κόσμου κίνησις ἐκτελεῖται. δοκεῖ γὰρ αὐλοῖς δίχα θεοῦ, μηδὲν ὅλως συνεσάναι. εἱμαρμένην δὲ, ἐπεὶ καὶ αὕτη ἐξ ἀστρικῆς οἰκονομίας συνίσταται. τὸν δὲ πέντε ἀριθμὸν, ἐπειδὴ πλήθος ὄντος ἐν οὐρανῷ, πέντε μόνοι ἐξ αὐλῶν κινούμενοι, τὴν τοῦ κόσμου οἰκονομίαν ἐκτελοῦσι.

## ιδ'. Τί κυνοκέφαλον γράφοντες δηλοῦσι;

Σελήνην δὲ γράφοντες, ἢ οἰκουμένην, ἢ γράμματα, ἢ ἱερέα, ἢ ὀργὴν, ἢ κόλυμβον, κυνοκέφαλον ζωγραφοῦσι. σελήνην μὲν, ἐπειδὴ τὸ ζῶον τοῦτο, συμπάθειαν τινὰ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ σύνοδον ἐκτήσαλο. ὅταν γὰρ ἐν τῷ μέρει τῆς ὥρας ἡ σελήνη συνοδεύουσα ἡλίῳ ἀφώτιστος γένηται, τότε ὁ μὲν ἄρσην κυνοκέφαλος οὐ βλέπει, οὐδὲ ἐσθίει· ἄχθεται δὲ εἰς τὴν γῆν νενευκὼς, καθάπερ πενθῶν τὴν τῆς σελήνης ἀφανῆ.

ἡ δὲ

13. *Quid ſidus pingentes, innuunt?*

DEum pulchre ornatum ſignificantes, aut fatum, aut quinarium numerum, ſidus pingunt. Deum quidem: quod DEI providentia victoriam decernit atque imperat, qua & ſiderum orbisque univerſi motus peragitur. Exiſtimant enim ſine DEO nihil prorſus conſiſtere. Fatum autem: quod ex ſiderum curſu ac diſpenſatione conſtituatur. Quinarium vero numerum: quoniam cum quamplurima atque adeo innumera ſint in cœlo ſidera, ſola ex his quinque, motu ſuo orbis pulcherrimam efficiunt diſtributionem ac moderamen.

14. *Quid Cynocephalum pingentes demonſtrant.*

LUnam demonſtrantes, aut terrarum orbem, aut literas, aut ſacrificum, aut iram, aut natationem, Cynocephalum pingunt. Lunam quidem: propterea quod animal hoc conſenſum quendam cum Deæ congreſſu, ex quo & affici ſoleat, habet. Ubi enim aliquanto tempore Luna cum Sole congrediens, expers luminis opacaque permanet, tum mas quidem cynocephalus, nec quoquam intuetur, nec veſcitur, ſed demiſſo in terram vultu indignabundus, velut Lunæ raptum deplorans, triſtatur. Fœmina vero, præterquam quod nuſ-

ἡ δὲ θήλεια μελᾶ τᾶ μὴ ὁρᾶν, καὶ ταυτὰ τῷ ἄῤῥενι πάσχειν, ἔτι δὲ ἢ ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως αἱμάσσεσθαι. διὸ ἢ μέχρι τᾶ νῦν ἐν τοῖς ἱεροῖς τρέφονται κυνοκέφαλοι, ὅπως ἐξ αὐτῶν γινώσκηται τὸ ἡλίᾳ ἢ σελήνης μέρ@ τῆς συνόδᾳ. οἰκουμένην δὲ, ἐπειδὴ ἑβδομήκοντα δύο χώρας τὰς ἀρχαίας φασὶ τῆς οἰκουμένης εἶναι. τούτους δὲ τρεφομένους ἐν τοῖς ἱεροῖς ἢ ἐπιμελείας τυγχάνοντας, ᾇ, καθάπερ τὰ λοιπὰ ζῶα ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τελευτᾷ, οὕτω ἢ τούτους· ἀλλὰ μέρ@ αὐτῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν νεκρούμενον, ὑπὸ τῶν ἱερέων θάπτεσθαι, τᾶ λοιπᾶ σώματ@ ἐν τῷ κάλα φύσιν ὄντ@. ἕως δ' ἂν αἱ ἑβδομήκοντα ἢ δύο πληρωθῶσιν ἡμέραι, τότε ὅλ@ ἀποθνήσκει. γράμματα δὲ, ἐπειδὴ ἐσι συγγένεια κυνοκεφάλων Αἰγύπτια ἐπισαμένων γράμματα, παρ' ὃ εἰς ἱερὸν ἐπειδὰν πρῶτα κομισθῇ κυνοκέφαλ@, δέλτον αὐτῷ παραλίθησιν ὁ ἱερεὺς, ἢ σχοινίον, ἢ μέλαν· πειράζων εἰ ἐκ τῆς ἐπισαμένης ἐσὶ συγγενείας γράμματα, ἢ εἰ γράφει. ἔτι δὲ ἢ τὸ ζῶον ἐπὶ Ερμῇ ἐνεμήθη τῷ πάντων μελέχοντι γραμμάτων. ἱερέα δὲ, ὅτι φύσει ὁ κυνοκέφαλ@ ἰχθὺν οὐκ ἐσθίει, ἀλλ' οὐδὲ ἰχθυώμενον ἄργον, καθάπερ

ἢ

quam oculos contorquet, eademque cum mare patitur, insuper & e genitali vase sanguinem mittit. Ideoque ad hæc usque tempora in sacris Cynocephali nutriuntur, ut ex ipsis, conjunctionis Solis & Lunæ tempus cognosci possit. Terrarum autem orbem: quoniam septuaginta duas inquiunt jam olim orbis habitati regiones fuisse: hos porro, si diligenter in sacris nutriantur & curentur, non sicut cætera animalia uno die emoriuntur, sic & ipsos emori; sed ipsorum partem quandam singulis diebus emorientem ac tabescentem a sacerdotibus humari, reliquo interim corpore in sua natura persistente, idque per septuaginta duos dies; quibus expletis, tunc prorsus interit. Literas, quia est apud Ægyptios cognatio quædam & genus cynocephalorum, qui literas norunt. Quapropter ubi primum in sacram ædem ductus fuerit cynocephalus, tabellam ei sacerdos apponit, una cum scirpeo stilo ac atramento: nimirum ut periculum faciat, sitne ex eo cynocephalorum genere, qui literarum gnari sunt: pingit itaque in ea tabella literas. Præterea hoc animal Mercurio dicatum est, qui literarum omnium particeps est. Sacrificum vero: quod natura cynocephalus ab esu piscis abhorret, quem tametsi piscibus interim vesci contingat, segne tamen

καὶ οἱ ἱερεῖς ἐκτός. γεννᾶταί τε περιελιμμένῳ, ἢν καὶ οἱ ἱερεῖς ἐπιτηδεύσι περιλομήν. ὀργὴν δὲ, ἐπείπερ τὸ ζῶον τοῦτο παρὰ τὰ ἄλλα θυμικώταλόν τε καὶ ὀργίλον ὑπάρχει. κόλυμβον δὲ, διότι τὰ μὲν ἄλλα ζῶα κολύμβῳ χρώμενα, ῥυπαρὰ φαίνεται, μόνον δὲ τοῦτο, εἰς ὃν τόπον προήρηται πορευθῆναι, κολυμβᾷ, καὶ μηδὲν τῷ ῥύπῳ παραφερόμενον.

## ιέ. πῶς γράφουσι σελήνης ἀνάλημψιν;

Σελήνης δὲ ἀνάλημψιν γράφειν βουλόμενοι, πάλιν κυνοκέφαλον ζωγραφοῦσι, σχήματι τοιῷδε· ἑστῶτα καὶ τὰς χεῖρας εἰς ὕψος ἐπαίροντα, βασίλειόν τε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα. τοῦτο γράφουσι τὸ σχῆμα ἐπὶ τῆς ἀναλήμψεως, ὁ κυνοκέφαλος ποιεῖται ὡς εἰπεῖν, προσευχόμενος τῇ θεῷ· ἐπειδὴ ἀμφότεροι φωτὸς μετειλήφασι.

## ις'. πῶς ἰσημερίας δύο;

Ἰσημερίας δύο πάλιν σημαίνοντες, κυνοκέφαλον καθήμενον ζωγραφοῦσι ζῶον. ἐν ταῖς δυσὶ γὰρ ἰσημερίαις τοῖς ἐνιαυτοῖς, δωδεκάκις τῆς ἡμέρας καθ' ἑ-

& torpori deditum animal non eſt, ſicut & externi ſacerdotes. Adde quod circumciſus gignitur, quam quidem circumciſionem ſummo curant ac peragunt ſtudio ſacerdotes. Iram: quia hoc præter cætera animantia maxime iracundum eſt, & ad indignationem proclive. Natationem porro: quoniam cætera quidem animantia frequenti natatione ſordes ac ſqualorem contrahunt; ſolum hoc ad eum quem inſtituit locum nando pervenit, nec tamen ullis a nativo colore transfertur aut inquinatur ſordibus.

### 15. *Quo modo Lunæ exortum indicant?*

LUnam autem orientem indicare volentes, rurſum Cynocephalum hoc habitu pingunt: ſtantem, manusque in cœlum tollentem, ac regium inſigne capite geſtantem. Hac autem figura, ad Lunæ ortum demonſtrandum, depingunt cynocephalum, quod hoc habitu videatur cynocephalus deæ congratulari; quod ambo, Sol inquam ac Luna, luminis participes ſint.

### 16. *Quo modo æquinoctia duo?*

RUrſum æquinoctia ſignificantes, idem animal, Cynocephalum ſedentem pingunt. Duobus enim anni æquinoctiis, duodecies in die per ſingulas nimi-

ἑκάστην ὥραν ἀρεῖ· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ταῖς δυσὶ νυξὶ ποιεῖ. διόπερ οὐκ ἀλόγως ἐν τοῖς ὑδρολογίοις αὐλῶν Αἰγύπτιοι κυνοκέφαλον καθήμενον γλύφουσιν. ἐκ δὲ τῶν μορίων αὐτῷ ὕδωρ ἐπιῤῥέον ποιοῦσιν· ἐπεὶ ὥσπερ προεῖπον, τὰς τῆς ἰσημερίας δώδεκα σημαίνει ὥρας. ἵνα δὲ μὴ εὐρύτερον τὸ ὕδωρ - - - καλασκευάσμαλα ὑπάρχῃ. δι' ὃ τὸ ὕδωρ εἰς τὸ ὡρολόγιον ἀποκρίνεσθαι, μὴ δὲ πάλιν στενώτερον, ἀμφοτέρων γὰρ χρεία. τὸ μὲν γὰρ εὐρύτερον, ταχέως ἐκφέρον τὸ ὕδωρ, οὐκ ὑγιῶς τὴν ἀναμέτρησιν τῆς ὥρας ἀποτελεῖ· τὸ δὲ στενώτερον, καθ' ὀλίγον καὶ βραδέως ἀπολύον τὸν κρουνὸν, ἕως τῆς ὥρας τείχα διείραντες, πρὸς τὸ ταύτης πάχος, σίδηρον καλασκευάζουσι πρὸς τὴν προκειμένην χρείαν. τοῦτο δὲ αὐλοῖς ἀρέσκει ποιεῖν οὐκ ἄνευ λόγου τινός, ὡς καὶ ἐδὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων· καὶ ὅτι ἐν ταῖς ἰσημερίαις, μόνος τῶν ἄλλων ζώων δωδεκάκις τῆς ἡμέρας κράζει καθ' ἑκάστην ὥραν.

## ιζ'. πῶς θυμὸν δηλοῦσι;

Θυμὸν δὲ βουλόμενοι δηλοῦσαι, λέοντα ζωγραφοῦσι. κεφαλὴν γὰρ ἔχει μεγάλην τὸ ζῶον· καὶ τὰς

nimirum horas urinam reddit, idemque & noctu facit. Unde non immerito ſuis hydrologiis Ægyptii cynocephalum ſedentem inſculpunt, e cujus membro aqua defluat: idque propterea, quod duodecim, ut jam dixi, in quas æquinoctii tempore dies ac noctes ex æquo dividuntur, horas ſignificat. Cæterum ne foramen illud acute artificioſeque conſtructum, per quod in horologium aqua profluit & excernitur, aut latius ſit, aut rurſum arctius (utriusque enim magni refert: ſiquidem latius, quum magna celeritate aquam profundat, non recte horæ modum ac dimenſionem perficit; anguſtius autem paulatim ac lentius quam par ſit, aquæ ductum laxat) remedium hoc excogitarunt, ut quicquid pilorum eſt, ad caudam uſque abradentes, pro hujus craſſitudine ferream quandam fiſtulam in uſum jam dictum fabricentur. Hoc autem ipſis viſum eſt non abſque ratione quadam, ſicut nec in cæteris, facere: & quod etiam ſolus ex omnibus animantibus, æquinoctio duodecies in die per ſingulas horas adlatrat.

### 17. *Quomodo animum animive præſtantiam innuunt?*

ANimum autem volentes ſignare, Leonem pingunt. Caput enim magnum habet hoc animal,

τὰς μὲν κόρας πυρώδεις, τὸ δὲ πρόσωπον, στρογγύλον, καὶ περὶ αὐτὸ ἀκτινοειδεῖς τρίχας, καλὰ μίμησιν ἡλίου. ὅθεν καὶ ὑπὸ τὸν θρόνον τοῦ Ωρου, λέοντας ὑπολιθέασι, δεικνῦντες τὸ πρὸς τὸν θεὸν τοῦ ζώου σύμβολον. ἥλιος δὲ ὁ Ωρος ἀπὸ τοῦ τῶν ὡρῶν κρατεῖν.

ιή. πῶς ἀλκὴν γράφουσιν;

Ἀλκὴν δὲ γράφοντες, λέοντος τὰ ἔμπροσθεν ζωγραφοῦσι, διὰ τὸ εὐσθενέστερα αὐτῷ ὑπάρχειν ταῦτα τὰ μέλη τοῦ σώματος.

ιθ. πῶς ἐγρηγορότα γράφουσιν;

Ἐγρηγορότα δὲ γράφοντες, ἢ καὶ φύλακα, λέοντος γράφουσι κεφαλήν. ἐπειδὴ ὁ λέων ἐν τῷ ἐγρηγορέναι μέμυκε τὰς ὀφθαλμὰς, κοιμώμενος δὲ, ἀνεῳγότας τούτους ἔχει· ὅπερ ἐστὶ τοῦ φυλάσσειν σημεῖον. διόπερ καὶ συμβολικῶς τοῖς κλείθροις τῶν ἱερῶν, λέοντας ὡς φύλακας παρειλήφασι.

κ. πῶς φοβερόν;

Φοβερὸν δὲ σημαίνοντες, τῷ αὐλῷ χρῶνται σημείῳ, ἐπει-

mal, & pupillas quidem ignitas, faciem vero rotundam, & circumquaque radiorum more ſparſos pilos ad Solis ſimilitudinem: unde & ſub ſolio Hori, hoc eſt Solis, Leones ſupponunt, hujus animalis cum DEO utpote Sole ſimilitudinem maximam monſtrantes. Dicitur autem apud eos Sol Horus, ex eo quod horis præſit.

18. *Quomodo robur notant?*

ROBUR notantes, Leonis anteriora membra pingunt, quod hæc ei ex toto corpore robuſtiſſima ſint.

19. *Quomodo vigilantem commonſtrant?*

VIgilantem autem ſedulumque hominem, aut etiam cuſtodem oſtendentes, Leonis caput pingunt: quoniam Leo vigilans oculos claudit, eoſdem cum dormit apertos habet, quod quidem cuſtodiæ atque excubiarum ſignum eſt. Unde & non abſque ſignificatione, ſacrorum clauſtris, leones qui cuſtodum loco ſint, appinxerunt.

20. *Quomodo terribilem & formidandum?*

EODEM quoque, ut formidabilem notent, ſigno

ἐπειδὴ ἀλκιμώτατον ὑπάρχον τοῦτο τὸ ζῶον, πάντας εἰς φόβον τοὺς ὁρῶντας φέρει.

κά. πῶς Νείλου ἀνάβασιν;

ΝΕίλου δὲ ἀνάβασιν σημαίνοντες, ὃν καλοῦσιν Αἰγυπτιστὶ νᾶν, ἑρμηνευθὲν δὲ σημαίνει νέον, ποτὲ μὲν λέοντα γράφουσι, ποτὲ δὲ τρεῖς ὑδρίας μεγάλας, ποτὲ δὲ οὐρανὸν καὶ γῆν ὕδωρ ἀναβλύζουσαν. λέοντα μὲν, ἐπειδὴ ὁ ἥλιος εἰς λέοντα γενόμενος, πλείονα τὴν ἀνάβασιν τοῦ Νείλου ποιεῖται· ὡς τε ἐμμένοντος τοῦ ἡλίου τῷ ζῳδίῳ τούτῳ, τὸ δίμοιρον τοῦ νέου ὕδατος πλημμυρεῖ πολλάκις. ὅθεν καὶ τὰς χολέδρας, καὶ τοὺς εἰσαγωγεῖς τῶν ἱερῶν κρηνῶν, λεοντομόρφους κατεσκεύασαν οἱ ἀρχαῖοι τῶν ἱεραϊκῶν ἔργων ἐπισάται. ἀφ' οὗ καὶ μέχρι νῦν κατ' εὐχὴν πλεονασμοῦ ὑγρότητος . . . τρία δὲ ὑδρεῖα, ἢ οὐρανὸν καὶ γῆν ὕδωρ βλύζουσαν, τὸ μὲν ὑδρεῖον ὁμοιοῦντες καρδίᾳ γλώσσαν ἐχούσῃ· καρδίᾳ μὲν, ἐπειδὴ παρ' αὐτοῖς τὸ ἡγεμονικόν ἐστι τοῦ σώματος αὕτη, καθάπερ ὁ Νεῖλος τῆς Αἰγύπτου ἡγεμὼν καθέστηκε· γλώσσῃ δὲ, ὅτι διὰ παντὸς ἐν ὑγρῷ ὑπάρχουσαν ταύτην, καὶ γενέτειραν τοῦ

εἶναι

utuntur quia quum viribus maxime polleat animal hoc, omnibus qui eum inſpexerint metum injicit.

21. *Quo modo Nili aſcenſum & exundationem?*

NIli inſuper inundationem ſignificantes, quem Ægyptio nomine Nun, quod ſi interpreteris, novum ſonat, appellant, interim Leonem pingunt, interim tres magnas hydrias, interim vero cœlum ac terram aquæ copiam ſcaturientem. Leonem quidem: quod cum Sol Leonem ſubit, ampliorem Nili facit inundationem. Quamdiu enim Sol in hoc ſigno perſiſtit, ſæpenumero in duplum ipſius Nili aqua excreſcit. Unde & tubos canalesque ſacrorum fontium ſolent ii qui ſacris præſunt operibus, Leonis figura fabricari. Quapropter in hodiernum uſque diem, dum pro immodica inundatione preces effundunt, Leonis ſigno uti ſolent. Tres autem hydrias, aut cœlum & terram, quæ aquæ copiam ſcaturiat, Nilum perſimilem facientes cordi lingua prædito: Cordi quidem, quoniam princeps hæc & potiſſima apud ipſos habetur totius corporis pars, ſicut & Nilus totius Ægypti dux eſt ac princeps; Linguæ autem, quod cum hæc perpetuo in humido eſſe gaudeat, inſuper & ipſam genitricem cau-

εἶναι καλοῦσι. τρία δὲ ὑδρεῖα, καὶ οὔτε πλείονα οὔτε ἥττονα, ἐπειδὴ ἡ τῆς ἀναβάσεως ἐργασία κατ' αὐτοὺς τριμερὴς ὑπάρχει. ἓν μὲν ὑπὲρ τῆς Αἰγυπτίας γῆς τάξαντες· ἐπειδή ἐστι καθ' αὑτὴν ὕδατος γενητική. ἕτερον δὲ, ὑπὲρ τοῦ ὠκεανοῦ· καὶ γὰρ ἀπὸ τούτου ὕδωρ παραγίνεται εἰς Αἴγυπτον ἐν τῷ τῆς ἀναβάσεως καιρῷ. τρίτον δὲ ὑπὲρ τῶν ὄμβρων, οἳ γίνονται κατὰ τὰ νότια τῆς Αἰθιοπίας μέρη, κατὰ τὸν τῆς ἀναβάσεως τοῦ Νεῖλου καιρόν. ὅτι δὲ γεννᾷ ἡ Αἴγυπτος τὸ ὕδωρ, δυνατόν ἐστιν ἐντεῦθεν μαθεῖν. ἐν γὰρ τῷ λοιπῷ κλίματι τοῦ κόσμου, αἱ τῶν ποταμῶν πλημμῦραι ἐν τῷ χειμῶνι ἀποτελοῦνται, ὑπὸ τῶν συνεχῶν ὄμβρων τοῦ τοιοῦτου συμβαίνοντος· μόνη δὲ ἡ Αἰγυπτίων γῆ, ἐπεὶ μέση τῆς οἰκουμένης ὑπάρχει, καθάπερ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ἡ λεγομένη κόρη, θέρους ἄγει τὴν τοῦ Νείλου ἑαυτῇ ἀνάβασιν.

κβ'. πῶς Αἴγυπτον γράφουσιν;

Αἴγυπτον δὲ γράφοντες, θυμιατήριον καιόμενον ζωγραφοῦσι, καὶ ἐπάνω καρδίαν. δηλοῦντες ὅτι ὡς ἡ τοῦ ζηλοτύπου καρδία, διὰ παντὸς πυροῦται, οὕτως ἡ Αἴ-

ſamque rerum ſtatus appellant. Tres porro hydrias, & nec plures nec pauciores pingunt: quod triplex juxta eorum ſententiam ſit inundationis cauſa effectrix. Unam quidem Ægyptiæ terræ adſcribunt, quæ ex ſeſe aquam producit: Alteram Oceano, ex quo inundationis tempore aqua in Ægyptum exæſtuat: Tertiam imbribus, qui per id tempus quo intumeſcit Nilus, ad auſtrinas Æthiopiæ partes contingunt. Quod autem Ægyptus ex ſeſe aquam gignat, inde facile eſt deprehendere, quod cum in cæteris orbis tractibus hyeme ſoleant exundare flumina, idque propter imbres copioſos & aſſiduos; ſola Ægyptiorum regio, quoniam totius orbis velut umbilicus eſt ac media, non ſecus ac in oculo pupilla, æſtate ſibi inundationes Nili procreat.

## 22. *Quomodo Ægyptum deſignant?*

ÆGyptum autem deſignantes, conflagrantem acerram pingunt, & ſuperne Cor: illud innuentes, quod quemadmodum Zelotypi cor in perpetuo æſtu ac flamma eſt; ſic Ægyptus, quia immo-

Αἴγυπτος, ἐκ τῆς θερμότητος, διὰ παύλοις ζωογονεῖ τὰ ἐν αὐλῇ ἢ παρ' αὐλῇ ὑπάρχοντα.

κγ'. πῶς ἄνθρωπον μὴ ἀποδημήσαντα;

ΑΝθρωπον τῆς πατρίδος μὴ ἀποδημήσαντα σημαίνοντες, ὀνοκέφαλον ζωγραφοῦσιν· ἐπειδὴ ὅτε ἀκούει τινὸς ἱστορίας, ὅτε τῶν ἐπὶ ξένης γινομένων αἰσθάνεται.

κδ'. πῶς φυλακτήριον;

ΦΥλακτήριον δὲ γράφειν βουλόμενοι, δύο κεφαλὰς ἀνθρώπων ζωγραφοῦσι, τὴν μὲν τοῦ ἄρσενος ἔσω βλέπουσαν, τὴν δὲ θηλυκὴν ἔξω. ὅτω γάρ φασιν ὀδὲν τῶν δαιμονίων ἐφάψεται· ἐπειδὴ κὴ χωρεῖς γραμμάτων, ταῖς δυσὶ κεφαλαῖς ἑαυτοὺς φυλακτηριάζουσι.

κε'. πῶς ἄνθρωπον ἄπλασον γράφουσιν;

ΑΠλασον δὲ ἄνθρωπον γράφοντες, βάτραχον ζωγραφοῦσιν· ἐπειδὴ ἡ τούτου γένεσις ἐκ τῆς τοῦ πολαμοῦ ἰλύος ἀπόλελειται. ὅθεν κὴ ἔστ' ὅτε ὁρᾶται τῷ

modice calet, continenter quæ in se sunt animat ac procreat.

### 23. *Quomodo hominem, qui e patria peregre nunquam profectus sit?*

HOminem qui nunquam solo natali relicto peregrinatus fuerit, significantes, Onocephalum pingunt: quia nec ullam audit historiam, nec quæ apud exteras gentes fiunt, cognoscit.

### 24. *Quomodo tutelam ac præsidium?*

PRæsidium autem ac remedium innuere volentes, duo pingunt hominum capita, unum maris intro aspiciens, alterum fœminæ foras. Ita enim nullum dæmonem invadere posse asserunt. Sic enim & sine literis, duobus inquam capitibus sese ab omni discrimine & insidiis tuentur.

### 25. *Quo modo imperfectum adhuc hominem, rudemque ac informem fœtum demonstrant?*

HOminem necdum omnibus in utero membris efformatum notantes, ranam pingunt: quod hæc cum ex limo fluminis procreetur, interdum

τῷ μὲν ἑτέρῳ μέρει αὐτὸ, βατράχῳ· τῷ δὲ λοιπῷ, γεώδει τινὶ ἐμφερής· ὡς ἡ ἐκλιπόντι τῷ πολαμῷ, συνεκλείπειν.

## κς'. πῶς ἄνοιξιν;

ΑΝοιξιν δὲ θέλοντες δηλῶσαι, λαγωὸν ζωγραφοῦσι· διὰ τὸ πάντοτε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνεωγότας ἔχειν τοῦτο τὸ ζῶον.

## κζ' πῶς τὸ λέγειν;

ΤΟ λέγειν δὲ γράφοντες, γλῶσσαν ζωγραφοῦσι, ἢ ὕφαιμον ὀφθαλμόν· τὰ μὲν πρωτεῖα τῆς λαλιᾶς, τῇ γλώσσῃ μερίζοντες, τὰ δευτερεῖα δὲ ταύτης, τοῖς ὀφθαλμοῖς. οὕτω γὰρ οἵτε λόγοι τελείως τῆς ψυχῆς καθεσήκασι πρὸς τὰ κινήματα αὐτῆς συμμεταβάλλοντες· εἴπερ ἢ ἑτέρα λαλιὰ παρ' Αἰγυπτίοις ὀνομάζεται. ἑτέρως δὲ τὸ λέγειν σημαίνοντες, γλῶσσαν ἢ χεῖρα ὑποκάτω γράφουσι· τῇ μὲν γλώσσῃ τὰ πρωτεῖα τοῦ λόγου φέρειν δεδωκότες, τῇ δὲ χειρὶ, ὡς τὰ τῆς γλώσσης βουλήματα ἀνυούσῃ, τὰ δεύτερα.

κη'

altera quidem sui parte rana, altera terrestre quippiam videatur: adeo ut deficiente flumine, ipsa quoque deficiat.

### 26. *Quo modo apertum ac patens quippiam?*

PAtulum autem quippiam significare volentes, leporem pingunt; quod semper apertos habeat oculos hoc animalis genus.

### 27. *Quomodo sermonem?*

SErmonem porro designantes, linguam pingunt, subtusque cruentum oculum: primas quidem sermonis partes linguæ, secundas vero oculis tribuentes. Sic etenim perfecte consistunt ipsius animi sermones, cum ad ejus motus sensaque accommodantur ac variantur: præsertim quum apud Ægyptios animus, alter sermo nominetur. Quin & aliter sermonem innuentes, linguam subtusque manum pingunt: linguæ quidem primas in loquendo adscribentes, manui vero, ut quæ linguæ placita exequatur, secundas partes.

κή. πῶς ἀφωνίαν;

Αφωνίαν δὲ γράφοντες, ἀριθμὸν ᾳμέ. γράφουσιν, ὃς τριετοῦς ἐστὶ χρόνου ἀριθμὸς, ἐκ τριακοσίων ἑξηκονταπέντε ἡμερῶν τοῦ ἔτους ὑπάρχοντος· ἐφ' ὃν χρόνον μὴ λαλῆσαν τὸ παιδίον σημειοῦται ὡς παραπεποδισμένον τῇ γλώσσῃ.

κθ'. πῶς φωνὴν μακρόθεν;

Φωνὴν δὲ μακρόθεν βουλόμενοι δηλῶσαι, ὃ καλεῖται παρ' Αἰγυπτίοις οὐαιὲ, ἀέρος φωνὴν γράφουσι, τουτέστι βροντὴν, ἧς οὐδὲν καταφθέγγει μεῖζον, ἢ δυναμικώτερον.

λ'. πῶς ἀρχαιογονίαν;

Αρχαιογονίαν δὲ γράφοντες, παπύρου ζωγραφοῦσι δέσμην· διὰ τούτου δηλοῦντες τὰς πρῶτας τροφάς. τροφῶν γὰρ οὐκ ἄν τις εὕροι, ἢ γονῆς, ἀρχήν.

λα'. πῶς γεῦσιν;

Γεῦσιν δὲ δηλοῦντες, ἀρχὴν στόματος ζωγραφοῦσιν·

### 28. *Quomodo silentium?*

AT silentium significantes, numerum 1095. pingunt, qui triennii numerus est, si ex trecentis sexaginta quinque diebus annus constituatur: intra quod tempus cum non loquatur puellus, indicatur eum, etsi perpetuo linguam habuerit, vocem tamen ac loquelam defeciſſe.

### 29. *Quomodo vocem remotam?*

VOcem remotam volentes significare, quod Ægyptiis væ dicitur, sonitum pingunt aeris, hoc est tonitru, quo nihil quicquam majus aut vehementius resonat.

### 30. *Quomodo antiquam originem?*

ANtiquam originem notantes, papyri fasciculum pingunt, hoc primam indicantes educationem; cujus, sicut & genituræ, non facile quis initium invenerit.

### 31. *Quomodo gustum?*

GUstum innuentes, oris initium pingunt. Omnis

σιν· ἐπειδὴ πᾶσα γεῦσις μέχρι ταύτης σώζεται. γεῦσιν δὲ λέγω τελείαν. γεῦσιν δὲ μὴ τελείαν δηλοῦντες, γλῶσσαν ἐπὶ ὀδόντων ζωγραφοῦσιν, ἐπειδὴ πᾶσα γεῦσις τούτοις τελεῖται.

## λβ'. πῶς ἡδονήν;

Ἡδονὴν δὲ δηλῶσαι βουλόμενοι δεκαεξ ἀριθμὸν γράφουσιν. ἀπὸ γὰρ τούτων τῶν ἐτῶν, ἀρχὴν τῆς πρὸς γυναῖκας συνουσίας ἢ πρὸς τέκνα γενέσεως, οἱ ἄνδρες ἔχουσι.

## λγ'. πῶς συνουσίαν;

Συνουσίαν δὲ δηλοῦντες, δύο δεκαεξ ἀριθμοὺς γράφουσιν. ἐπειδὴ γὰρ τὰ τέκνα ἐξ ἡδονῶν εἴπομεν εἶναι· ἡ δὲ συνουσία, ἐκ δύο ἡδονῶν συνέστηκεν, ἔκ τε τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τῆς γυναικὸς· διὰ τοῦτο τὰ ἄλλα δεκαεξ προσγράφουσι.

## λδ'. πῶς ψυχὴν ἐνταῦθα πολὺν χρόνον διαμείβουσαν;

Ψυχὴν δὲ ἐνταῦθα πολὺν χρόνον διατείβουσαν βουλό-

nis enim guſtus eo uſque retinetur. Guſtum autem perfectum intelligo. Nam ad innuendum guſtum imperfectum, linguam admotam dentibus pingunt: his enim omnis abſolvitur guſtus.

### 32. *Quomodo voluptatem?*

VOluptatem demonſtrare volentes, ſedecim numerum pingunt: ab eo ſiquidem annorum numero, incipiunt viri conſuetudine capi mulierum, ac procreandæ ſobolis deſiderio.

### 33. *Quomodo concubitum?*

EUndum numerum 16. geminum pingunt, ubi viri fœminæque congreſſum ſignificare volunt. Cum enim liberi, ut diximus, voluptate procreentur, congreſſus autem duplici conſtet, maris inquam ac fœminæ, voluptate, propterea non immerito alia ſedecim adſcribunt.

### 34. *Quomodo animam longo hic tempore agentem?*

ANimam quæ diutiſſime in hac vita moram traxerit,

λόμενοι γράψαι, ἢ πλημμύραν, φοίνικα τὸ ὄρνεον ζωγραφῶσι. ψυχὴν μὲν, ἐπειδὴ πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πολυχρονιώτατον ὑπάρχει τοῦτο τὸ ζῶον. πλημμύραν δὲ, ἐπειδὴ ἡλίου ἐστὶν ὁ φοῖνιξ σύμβολον, ὃς μηδὲν ἐστι πλεῖον καλὰ τὸν κόσμον. πάντων γὰρ ἐπιβαίνει, καὶ πάντας ἐξερευνᾷ ὁ ἥλιος. εἶθ' ὕστω πολὺς - - - ὀνομασθήσεται.

λέ. πῶς τὸν χρονίως ἀπὸ ξένης ἐπιδημοῦντα;

ΚΑὶ τὸν χρονίως δὲ ἀπὸ ξένης ἐπιδημοῦντα δηλοῦντες, πάλιν φοίνικα τὸ ὄρνεον ζωγραφοῦσιν. ὅταν γὰρ εἰς Αἴγυπτον, ἐπὰν ὁ χρόνος τοῦ μοιριδίου αὐτὸν καταλαμβάνειν μέλλῃ, διὰ πενταικοσίων ἐτῶν παραγίνεται· καὶ ἀποδοὺς ἐὰν φθάσῃ ἐντὸς τῆς Αἰγύπτου τὸ χρεὼν, κηδεύσαι μυσικῶς· καὶ ὅσα ἐπὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν ζώων Αἰγύπτιοι τελοῦσι, ταῦτα καὶ τῷ φοίνικι ὑπάρχειν ὀφείλει. λέγεται γὰρ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἡλίῳ χαίρειν ὑπ' Αἰγυπτίων, διὸ καὶ τὸν Νεῖλον αὐτοῖς πλημμυρεῖν, ὑπὸ τῆς θερμότητος τούτου τοῦ θεοῦ· περὶ οὗ μικρὸν ἔμπροσθεν ὁ λόγος ἀποδοθήσεταί σοι παρ' ἡμῶν.

λς'.

xerit, aut etiam inundationem, commonſtrare volentes, Phœnicem avem pingunt. Animam quidem, quod omnium quæ toto orbe ſunt animantium, hoc maxime diuturnæ vitæ eſt. Inundationem vero, quod velut ſignum Solis ſit Phœnix, quo nihil in orbe majus, cum omnia ſubeat, omnes ſcrutetur & diſquirat. Atque adeo, πολὺς, hoc eſt, multus vocitari ſolet.

## 35. *Quomodo eum qui ſero tandem e regione peregrina ad ſuos redeat?*

QUin & eum innuentes, qui longo tempore peregrinatus tandem in ſolum natale remeet, rurſum Phœnicem avem pingunt. Hæc enim in Ægyptum, cum tempus mortis inſtat, quingenteſimo demum anno regreditur: ubi ſi naturæ debitum perſolverit, magna ſolennitate ac ritu funeratur. Quæcunque enim in cæteris ſacris animantibus religioſe obſervant Ægyptii, ea & Phœnici tribui debent. fertur ſiquidem Sole magis apud Ægyptios gaudere, quam apud cæteras gentes: ideoque Nilum ipſis ex hujus DEI calore inundare, cujus rei paulo ante a nobis ratio reddita eſt.

λς'. πῶς καρδίαν γράφουσι;

ΚΑρδίαν βουλόμενοι γράφειν, ἶβιν ζωγραφοῦσι. τὸ γὰρ ζῶον, Ερμῆ ὠκειῶται, πάσης καρδίας καὶ λογισμοῦ δεσπότη, ἐπεὶ καὶ ἡ ἶβις αὐτὸ καθ' αὑτὸ τῇ καρδίᾳ ἐσὶν ἐμφερής· περὶ ὃ λόγος ἐσὶ πλεῖστος παρ' Αἰγυπτίοις φερόμενος.

κζ'. πῶς παιδείαν;

ΠΑιδείαν δὲ γράφοντες, ἀετὸν δρόσον βάλλοντα ζωγραφοῦσι· δηλοῦντες, ὅτι ὥσπερ δρόσος πίπτουσα, εἰς πάντα τὰ φυτὰ χωρεῖ, καὶ τὰ μὲν φύσιν ἔχοντα ἀπαλύνεσθαι, ἀπαλύνει, τὰ δὲ σκληρὰ μένοντα ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως, ἀδυνατεῖ τὸ αὐτὸ τοῖς ἑτέροις ἐκτελεῖν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ἡ μὲν παιδεία κοινὴ καθέστηκεν, ὅπερ ὁ μὲν εὐφυὴς, ὡς δρόσον ἁρπάζει, ὁ δὲ ἀφυὴς, ἀδυνατεῖ τοῦτο δρᾶσαι.

λή. πῶς Αἰγύπτια γράμματα;

ΑΙγύπτια δὲ γράμματα δηλοῦντες, ἢ ἱερογραμματέα, ἢ πέρας, μέλαν, καὶ κόσκινον, καὶ σχοινίον ζω-

### 36. *Quo modo Cor pingunt?*

COr volentes indicare, Ibin pingunt, quod quidem animal Mercurio attributum ac dicatum eſt, cordis omnisque rationis præſidi & moderatori. Nam & Ibis per ſe ipſa magna ex parte cordi adſimilis eſt, de qua re plurimi apud Ægyptios agitantur ſermones.

### 37. *Quomodo eruditionem ac doctrinam?*

DOctrinam autem indicantes, cœlum pingunt rorem fundens, innuentes, quod quemadmodum ros decidens, in omnes quidem plantas diffunditur, at eas duntaxat mollit, quæ ejus naturæ ſunt ut molliri poſſint, cæteras vero quæ ſuapte natura duræ ſunt, non item: ſic & doctrina communiter ad omnes pertingit homines, quam quiſquis felici natus eſt ingenio, ut rorem arripit; qui vero ingenii facultate deſtituitur, idem efficere non valet.

### 38. *Quomodo Ægyptias literas?*

CÆterum Ægyptias literas, aut ſacrum ſcribam, aut finem innuentes, atramentum, cribrum &

ζωγραφῶσιν. Αἰγύπτια μὲν γράμματα, διὰ τὸ τούτοις πάντα παρ' Αἰγυπτίοις τὰ γραφόμενα ἐκτελεῖσθαι. σχοίνῳ γὰρ γράφουσι, καὶ οὐκ ἄλλῳ τινί. κόσκινον δὲ, ἐπειδὴ τὸ κόσκινον πρῶτον ὑπάρχον σκεῦος ἀγροποιΐας, ἐκ σχοίνου γίνεται. δηλῶσιν οὖν ὅτι πᾶς ὁ ἔχων τὴν τροφὴν, μαθήσεται τὰ γράμματα· ὁ δὲ μὴ ἔχων, ἑτέρᾳ τέχνῃ χρήσεται· ἀφ' ἧς καὶ ἡ παιδεία παρ' αὐλοῖς σβῶ καλεῖται· ὅπερ ἐστὶν ἑρμηνευθὲν, πλήρης τροφή. ἱερογραμματέα δὲ, ἐπειδὴ ζωὴν καὶ θάνατον ὅτου διακρίνει. ἔστι δὲ παρὰ τοῖς ἱερογραμματεῦσι καὶ βίβλος, ἱερὰ καλουμένη ἀμβρὴς, δι' ἧς κρίνουσι τὸν κατακλιθέντα ἄῤῥωστον· πότερον ζώσιμός ἐστιν, ἢ οὔ, τοῦτο ἐκ τῆς κατακλίσεως τοῦ ἀῤῥώστου σημειούμενοι. πέρας δὲ, ἐπειδὴ μαθὼν γράμματα, εἰς ὄρμον ζωῆς εὔδιον ἐλήλυθεν, καὶ ἐκέτι πλανώμενος τοῖς τοῦ βίου κακοῖς.

## λθ'. πῶς ἱερογραμματέα;

ΙΕρογραμματέα δὲ πάλιν, ἢ προφήτην, ἢ ἐνταφιασὴν, ἢ σπλῆνα, ἢ ὄσφρησιν, ἢ γέλωτα, ἢ πλασμὸν, ἢ ἀρχὴν, ἢ δικασὴν βουλόμενοι γράφειν, κύνα ζω-

juncum pingunt. Ægyptias quidem literas, quod his omnis apud eos scriptura compleatur: junco enim & non alio quopiam scribunt. Cribrum vero appingunt, quoniam hoc cum primum sit panis conficiendi instrumentum, ex junco fit. Innuunt itaque, cuicunque victus suppetit, eum literarum studiis animum adjuncturum: cui vero non suppetit, aliis vacaturum artibus. Unde & apud eos eruditio Sbo vocatur, quod nomen si interpreteris, plenum alimentum sonat. Sacrum autem scribam, quoniam hic vitam mortemque dignoscit. Nam est apud sacros scribas liber, sacram ambrem appellant, cujus ope judicium de ægroto decumbente ferunt, sit vitalis, nec ne, id ex ægri decubitu signis quibusdam perspicientes. Finem denique, quoniam qui literas didicit, ad tranquillum vitæ portum pervenit, non jam vitæ incommodis oberrans aut fluctuans.

## 39. *Quomodo sacrum scribam?*

RUrsum sacrum scribam, aut vatem, aut vespillonem, aut splenem, aut odoratum, aut risum, aut sternutationem, aut magistratum, aut judicem

ζωγραφῶσιν. ἱερογραμματέα μὲν, ἐπειδήπερ τὸν βυλόμενον ἱερογραμματέα τέλειον γίνεσθαι, χρὴ πολλὰ μελετᾶν, ὑλακτεῖν τε συνεχῶς καὶ ἀπηγριῶσθαι, μηδενὶ προσχαριζόμενον, ὥσπερ οἱ κύνες. προφήτην δὲ, ἐπειδὴ ὁ κύων ἀτενίζει παρὰ τὰ ἄλλα τῶν ζώων εἰς τὰ ἄλλα θεῶν εἴδωλα, καθάπερ προφήτης. ἐνλαφιασὴν δὲ τῶν ἱερῶν, ἐπειδὴ καὶ ὕτῳ γυμνὰ καὶ ἀνατετμημένα θεωρεῖ τὰ ὑπ' αὐτῆ κηδευόμενα εἴδωλα. σπλῆνα δὲ, ἐπειδὴ τῆτο τὸ ζῶον μόνον παρὰ τὰ ἕτερα, ἐλαφρότερον ἔχει, εἴτε θανάτῳ αὐτῷ, εἴτε μανία περιπέσοι, ἀπὸ τῆ σπληνὸς γίνεται. καὶ οἱ θεραπεύοντες δὲ τὸ ζῶον τῆτο ἐν ταῖς κηδείαις, ἐπειδὰν μέλλωσι τελευτᾶν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖσον σπληνικοὶ γίνονται. ὀσφραινόμενοι γὰρ τῆς τῆ ἀναλεμνομένη κυνὸς ἀποφορᾶς, πάσχουσιν ὑπὸ τέτε. ὄσφρησιν δὲ καὶ γέλωτα καὶ πάρεμον, ἐπειδὴ οἱ τέλειοι σπληνικοὶ, ἔτε ὀσφραίνεσθαι, ἔτε γελᾶν, ἔτε μὴν πάρνυσθαι δύνανται.

μί. Τίνι τρόπῳ δηλῆσιν ἀρχὴν, ἢ δικασὴν;

ΑΡχὴν δὲ, ἢ δικασὴν ἐπὰν γράφωσι, προσιθέασι τῷ

volentes ſignare, canem pingunt. Sacrum quidem ſcribam: quoniam quicunque voluerit, ut par eſt, & abſolutiſſime hoc fungi munere, eum oportet multa meditari, aſſidueque omnibus canum more allatrare, & ferum eſſe, nullique gratificari. Vatem autem, quod canis præter cætera animantia fixis in deorum ſimulacra, non ſecus ac vates conſuevere, intentisque proſpiciat oculis. Sacrorum vero pollinctorem, quod & hic nuda & reſecta, quibus juſta facit, ſimulcra contempletur. Splenem, quoniam hunc inter cætera animalia canis leviſſimum habet: & ſive ei mors ſive rabies acciderit, ex ſplene id contingit. Enimvero & qui ejus funus procurant, ubi morituri ſunt, magna ex parte ſplenetici fiunt. Siquidem gravi illo halitu & vapore qui ex inciſo diſſectoque cane provenit, inficiuntur. Odoratum porro, riſum ac ſternutamentum: quoniam qui abſolute ſplenetici ſunt, nec odorari poſſunt, nec ridere, neque etiam ſternutare.

### 40. *Quonam modo magiſtratum innuunt aut judicem?*

MAgiſtratum vero aut judicem cum deſignant, ap-

τῷ κυνὶ ἡ βασιλικὴν στολὴν παρακειμένην, σχῆμα γυμνόν· διότι ὥσπερ ὁ κύων, καθάπερ προεῖπον, εἰς τὰ τῶν θεῶν εἴδωλα ὀξυωπεῖ, ὕτω ἡ ἄρχων δικαστὴς ὢν ἐν τοῖς παλαιοτέροις χρόνοις, γυμνὸν ἐθεώρει τὸν βασιλέα· διὸ ἡ ἐπὶ τούτῳ προσπεριποιοῦσι τὴν βασιλικὴν στολήν.

μά. πῶς σημαίνουσι πασοφόρον;

ΠΑσοφόρον δὲ σημαίνοντες, φύλακα οἰκίας ζωγραφοῦσι, διὰ τὸ ὑπὸ τούτῳ φυλάττεσθαι τὸ ἱερόν.

μβ'. πῶς ἐμφαίνουσιν ὡροσκόπον;

ΩΡοσκόπον δὲ δηλοῦντες, ἄνθρωπον τὰς ὥρας ἐσθίοντα ζωγραφοῦσιν· οὐχ ὅτι τὰς ὥρας ἐσθίει ὁ ἄνθρωπος, οὐ γὰρ δυνατὸν, ἀλλ' ἐπειδὴ αἱ τροφαὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ τῶν ὡρῶν πορίζονται.

μγ'. πῶς δηλοῦσιν ἀγνείαν;

ΑΓνείαν δὲ γράφοντες, πῦρ ἢ ὕδωρ ζωγραφοῦσιν· ἐπεὶ διὰ τούτων τῶν στοιχείων, πᾶς καθαρμὸς

appingunt cani & regiam veſtem, nudæ figuræ appoſitam; propterea quod ut canis, quemadmodum ſupra dixi, in deorum ſimulacra acutiſſimis intuetur oculis: ſic & magiſtratus, qui & judex erat, vetuſtioribus temporibus nudum regem ſpectabat. Ac propterea regiam cani prætextam adjiciunt.

### 41. *Quomodo ſignificant eum qui ſacrum pallium geſtat?*

SIgnificantes eum qui ſacrum geſtat pallium, domus cuſtodem pingunt, quod ab eo ſacrum cuſtodiatur.

### 42. *Quomodo eum qui horarum rationem obſervat, exprimunt?*

HOrarum inſpectorem demonſtrantes, hominem pingunt horis veſcentem; non quod horas homo comedat (id enim haud quaquam fieri poteſt) ſed quod hominibus cibi ſtatis horis parentur & apponantur.

### 43. *Quomodo puritatem innuunt?*

PUritatem notantes, ignem & aquam pingunt, quod his elementis omnis luſtratio fiat, at-

μὸς ἐκτελεῖται.

μδ΄. πῶς αἰνίττονται ἀθέμιτον, ἢ καὶ μῦσος;

Ἀθέμιτον δὲ δηλοῦντες, ἢ καὶ μῦσος, ἰχθὺν ζωγραφοῦσι, διὰ τὸ τὴν τούτων βρῶσιν μισεῖσθαι καὶ μεμιᾶσθαι ἐν τοῖς ἱεροῖς. κενοποιὸν γὰρ ἰχθὺς πᾶς, καὶ ἀλληλοφάγον.

με΄. πῶς γράφουσι στόμα;

Στόμα δὲ γράφοντες, ὄφιν ζωγραφοῦσιν· ἐπειδὴ ὁ ὄφις οὐδενὶ ἑτέρῳ τῶν μελῶν ἰσχύει, εἰ μὴ τῷ στόματι μόνον.

μϛ΄. πῶς ἀνδρεῖον μετὰ σωφροσύνης;

Ἀνδρεῖον δὲ μετὰ σωφροσύνης δηλοῦντες, ταῦρον ὑγιᾷ φύσιν ἔχοντα ζωγραφοῦσι. θερμαντικώτατον γὰρ ὑπάρχει τὸ ζῶον κατὰ μόριον· ὥστε ἅπαξ εἰς τὴν θήλειαν φύσιν καθεὶς τὸ ἑαυτοῦ, καὶ δίχα πάσης κινήσεως, σπερμοβολεῖ· ἐὰν δέ ποτε διαμάρτῃ τῆς φύσεως, καὶ εἰς ἕτερον τόπον τοῦ σώματος τῆς βοὸς ἐρείσῃ

que expiatio.

### 44. *Quemadmodum latenter rem nefandam atque abominandam indicant?*

NEfarium autem innuentes, aut etiam abominationem, piſcem pingunt, quod horum eſum, qui in ſacris verſantur, abhorreant atque execrentur. Eſt enim ejus naturæ piſcis omnis, ut quæ offenderit exhauriat, inque ſuum ipſe genus ſæviat.

### 45. *Quomodo os pingunt?*

OS ſignificantes, ſerpentem pingunt, quoniam ſerpens nullo alio membro valet, niſi ore.

### 46. *Quomodo fortem ſimul & temperantem?*

FOrtitudinem cum temperantia conjunctam innuentes, taurum integra corporis conſtitutione prædituin pingunt. Calidiſſimum enim eſt huic animali membrum, ita ut ſemel eo in fœminæ vulvam immiſſo, vel abſque ullo motu ſemen effutiat. Quod ſi quando a vulva vaccæ aberrans, in aliam corporis partem membrum intenderit,

ρείσῃ τὸ αἰδοῖον, τοῦτο νικᾶντα τῇ ὑπερβαλλούσῃ ἐνδυνάμει τιμωρήσει τὴν θήλειαν. ἀλλὰ καὶ σώφρων ἐστὶ, διὰ τὸ μηδέποτε τοῦ θήλεος ἐπιβαίνειν μετὰ τὴν σύλληψιν.

## μζ'. πῶς ἀκοήν;

Ακοὴν δὲ γράφοντες, ταύρου ὠτίον ζωγραφοῦσιν. ἐπειδὰν γὰρ ἡ θήλεια ὀργῶσα πρὸς σύλληψιν ᾖ, ὀργᾷ δὲ οὐ πλεῖον ἢ ἐφ' ὥρας τρεῖς, τότε μυκᾶται μέγιστον· ἐν αἷς μὴ παραγινομένου τοῦ ταύρου, συμμένει τὴν φύσιν, μέχρι τῆς ἑτέρας συνόδου· ὃ δὴ σπανίως γίνεται. ἀκούει γὰρ ὁ ταῦρος ἀπὸ πολλοῦ διαστήματος. συνιεὶς τὸ ὀργᾶν, διὰ δρόμου παραγίνεται ἐν τῇ συνουσίᾳ, τοῦτο μόνον παρὰ τὰ ἕτερα τῶν ζώων ποιῶν.

## μή. πῶς αἰδοῖον ἀνδρὸς πολυγόνου;

Αἰδοῖον δὲ ἀνδρὸς πολυγόνου δηλοῦντες, τράγον ζωγραφοῦσιν, οὐκέτι δὲ ταῦρον. ἐπειδὴ ὅτου μὲν μέχρις ἓξ ἐνιαύσιος γένηται, οὐ βιβάζει· τράγος δὲ ἑβδομαῖος μετὰ τὴν γένεσιν γενόμενος, ὀχεύει, ἄγο-

tum ejus immodica intentione vaccam vulnerat. Quin & temperans eſt: quippe cum nunquam poſt conceptum vaccam ineat.

### 47. *Quomodo auditum?*

AUditum autem demonſtrantes, tauri auriculam pingunt. Ubi enim concipiendi deſiderio exardet ac ſtimulatur vacca (exardet autem non amplius quam per tres horas) tunc vehementer mugit: quo tempore niſi taurus acceſſerit, ad alium uſque congreſſum vas genitale claudit: quod ſane raro accidit. Audit enim protinus vel ex longiſſimo intervallo taurus, cumque eam intelligat venere excitari, mox accurrit: id quod ſoli huic ex omnibus animantibus, in congreſſu peculiare eſt.

### 48. *Quomodo penem fœcundi & ſemine abundantis hominis?*

AT vero penem fœcundi hominis monſtrantes, non jam taurum, ſed hircum pingunt. Ille enim antequam annum attigerit, coire non ſolet: hic ſeptem ſtatim poſt ortum diebus congreditur,

γονον μὲν καὶ ἄσπορον ἀποκρινόμενον σπέρμα, βιβάζει δὲ ὅμως πρῶτον τῶν ἄλλων ζώων.

## μθ'. πῶς δηλοῦσιν ἀκαθαρσίαν;

Ἀκαθαρσίαν δὲ γράφοντες, ὄρυγα ζωγραφοῦσιν. ἐπειδὴ ἐπ' ἀνάλυσιν ἐρχομένης τῆς σελήνης, ἀτενίζων εἰς τὴν θεὸν, κραυγὴν ποιεῖται, οὐκ εὐλογῶν αὐτὴν, οὐδὲ εὐφημῶν· σημεῖον δὲ τούτου ἐναργέστατον. τοῖς γὰρ ἐμπροσθίοις αὐτοῦ σκέλεσιν ἀνορύσσων τὴν γῆν, ζωγραφεῖ ἑαυτοῦ τὰς κόρας, ὥσπερεὶ ἀγανακτῶν καὶ μὴ βουλόμενον ἰδεῖν τὴν τῆς θεοῦ ἀνάλυσιν. τὰ δ' αὐτὰ ποιεῖ καὶ ἐπὶ τοῦ ἡλίου θείου ὄντος ἀνάλυσις. διόπερ οἱ ἀρχαῖοι βασιλεῖς, τὸν ὠροσκόπον σημαίνοντα αὐτοῖς τὴν ἀνάλυσιν, ἐπικαθίσαντες τούτῳ τῷ ζώῳ, διὰ μέσου αὐτοῦ, ὡς τινων γνωμόνων, τὴν τῆς ἀναλύσεως ἀκρίβειαν ἐγνώριζον. διὸ καὶ οἱ ἱερεῖς τοῦτο μόνον τῶν πτηνῶν, ἀσφάγιστον ἐσθίουσιν· ἐπειδὴ ἀλλοδοξίαν τινὰ πρὸς τὴν θεὸν ἔχον φαίνεται. καὶ γὰρ καὶ τὴν ἐρημίαν, ἂν ἐὰν λάβηται ὑδραγωγοῦ τόπου, πιὸν τοῖς χείλεσιν ἀναλαράττει, καὶ μιγνύει τῷ ὕδατι τὴν ὕλην,

τοῖς

infœcundum quidem & genituræ minime accommodum ſemen excernens. Prius tamen ac celerius cæteris animantibus coit.

### 49. *Quomodo innuunt immunditiam?*

PORro impurum ſceleſtumque notantes animum, Orygem pingunt, quoniam ad ortum accedente Luna, intentis in deam oculis proſpiciens, vociferatur, non ei bene dicens, nec fauſta acclamatione gratulationeve proſequens. Cujus rei argumentum eſt apertiſſimum, quod anterioribus cruribus terram effodiens, ſuas ipſius pupillas humi velut pingens defigit, quaſi indignabunda, invitaque deæ ortum aſpiciens. Idem quoque in exortu dei Solis inquam efficit. Quapropter antiqui reges, cum ſibi ortum nunciaret horarum obſervator, huic inſidentes animali, per medium ipſum velut Gnomones quoſdam, ortus rationem ac tempus accurate certoque cognoſcebant: unde & ſacerdotes ſolam hanc inter volucres non ſignatam comedunt, quod ſimultatem quandam cum dea exercere videatur. Etenim quemcunque in deſerto locum aquis ſcatentem nactus fuerit, poſteaquam biberit, labris turbat, lutumque aquæ commiſ-

τοῖς δὲ ποσὶν εἰς αὐτὸ ἐπιπέμπει κόνιν, πρὸς τὸ μηδενὶ ἑτέρῳ ζώῳ, τοῦτο πότιμον ὑπάρξαι. οὕτω πονηρὰ καὶ ἀπεχθὴς ἡ τοῦ ὄρυγος ἐνομίσθη φύσις. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο καθῆκον ἐργάζεται, τῆς θεοῦ αὐτῆς πάντα γεννώσης καὶ αὐξανούσης ὅσα καλὰ τὸν κόσμον ἐστὶ χρήσιμα.

## ν'. πῶς ἀφανισμόν;

ΑΦανισμὸν δὲ δηλοῦντες, μῦν ζωγραφοῦσιν, ἐπειδὴ πάντα ἐσθίων, μιαίνει καὶ ἀχρηστοῖ. τῷ αὐλῷ δὲ σημείῳ χρῶνται καὶ κρίσιν θέλοντες γράψαι. πολλῶν γὰρ καὶ διαφόρων ἄρτων κειμένων, ὁ μῦς τὸν καθαρώτατον αὐτῶν ἐκλεξάμενος ἐσθίει. διὸ καὶ τῶν ἀρτοκόπων κρίσις ἐν τοῖς μυσὶ γίνεται.

## να'. πῶς ἰταμότητα;

ΙΤαμότητα δὲ δηλοῦντες, μῦαν ζωγραφοῦσιν, ἥτις συνεχῶς ἐκβαλλομένη, οὐδὲν ἧττον παραγίνεται.

## νβ'. πῶς γνῶσιν ζωγραφοῦσι;

ΓΝῶσιν δὲ γράφοντες, μύρμηκα ζωγραφοῦσιν. ὃ γὰρ ἂν ἀσφαλῶς κρύψῃ ἄνθρωπος, ὅτος γινώ-

miſcet, ac pedibus in eam pulverem conjicit: idque, ut nulli alii animanti aqua ſit ad potum idonea. Adeo prava ac infeſta putatur Orygis natura. Nam ne hoc quidem officium deæ præſtat, quum ipſa omnia, quæ toto orbe ſunt utilia, gignat, augeat, ac vegetet.

### 50. *Quomodo ſubverſionem ac interitum?*

INteritum ſignificantes, murem pingunt. Hic enim omnia corrodens inquinat, & inutilia facit. Eodem vero & ſigno utuntur, ut judicium deſignent. Multis ſiquidem variisque appoſitis panibus, mus puriſſimum atque optimum delectu habito rodit. Propterea & piſtorum judicium ex muribus ſumitur.

### 51. *Quomodo impudentiam?*

IMpudentiam notantes, muſcam pingunt: quod hæc etſi crebrius abacta, nihilominus accedat.

### 52. *Quomodo cognitionem pingunt?*

COgnitionem pingentes, formicam pingunt. Si quid enim homo tuto occultarit, hæc cog-

νώσκει· ἀ μόνον δὲ, ἀλλὰ ἢ ὅτι, παρὰ τὰ ἕτερα τῶν ζώων, εἰς χειμῶνα ποριζόμενοι ἑαυτῷ τροφὰς, ἀ διαμαρλάνει τὸ τόπω, ἀλλ' ἅπαις ἐις αὐτὸν παραγίνεται.

## νγ'. πῶς γὸν ζωγραφοῦσιν;

Γιὸν δὲ βελόμενοι γράψαι, χηναλώπεκα ζωγραφοῦσι. τοῦτο γὰρ τὸ ζῶον φιλοτεκνώταλον ὑπάρχει. κἂν γὰρ διώκηταί πολε εἰς τὸ συλληφθῆναι σὺν τοῖς τέκνοις, ὅτε πατὴρ ἢ ἡ μήτηρ αὐτοῦ αὐθαιρέτως διδόασιν ἑαυτὰς τοῖς κυνηγοῖς, ὅπως τὰ τέκνα διασωθῇ· δι' ἥνπερ αἰτίαν τοῖς Αἰγυπτίοις ἔδοξε σεβάζειν τὸ ζῶον.

## νδ'. πῶς ἄνεν;

Πελεκᾶνα δὲ γράφοντες, ἄνεν τε ἤδη ἢ ἄφρονα σημαίνουσιν. ἐπειδὴ δυνάμενοι ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις τόποις καλλίθεσθαι τὰ ἑαυτοῦ ᾠὰ, ὥσπερ ἢ τὰ λοιπὰ τῶν πελεινῶν, τοῦτο ἀ ποιεῖ· ἀλλὰ γὰρ ἢ ἀνορύξας γῆν, ἐκεῖ κατατίθεται τὰ γεννώμενα. ὅπερ ἐπιγνόντες ἄνθρωποι, τῷ τόπῳ βοὸς ἀφόδευμα ξηρὸν πε-

noſcit. Nec hoc ſolum nomine, ſed & quod præter cætera animantia ſibi in hyemem cibos congerens, non aberrat a loco ubi condidit, ſed absque ullo errore ad ipſum pervenit.

## 53. *Quomodo filium pingunt?*

FIlium volentes ſignificare, vulpanſerem pingunt. Hoc enim animal maxime amans eſt liberorum. Si quando enim ipſum venator ſimul cum parvulis perſequatur, eo usque ut capiatur, & pater & mater ultro ſe venatoribus dedunt, ut ſerventur parvuli. Quam ob cauſam Ægyptiis placuit in hujus rei ſignificationem hoc aſſumere animal.

## 54. *Quomodo amentem?*

PElicanum autem pingentes, amentem ſimul ac imprudentem ſignificant. Cum enim cæterarum volucrum more poſſit in locis editioribus ova reponere, id non facit: quin potius defoſſa terra, illic pullos collocat. Quod ubi deprehenderint homines, locum illum arido bovis ſtercore circumlinunt,

περίλιθέασιν, ᾧ ἡ πῦρ ὑποβάλλουσι· θεασάμενος δὲ ὁ πελεκὰν τὸν καπνὸν, τοῖς ἰδίοις πτεροῖς βελόμενος ἀποσβέσαι τὸ πῦρ, ἐκ τῶν ἐναντίων κατὰ τὴν κίνησιν ἐξάπτει αὐτο· ὑφ' ᾧ καταναιόμενος τὰ ἑαυτῦ πτερὰ, εὐσυλλήπτότερος τοῖς κυνηγοῖς γίνεται. δι' ἣν αἰτίαν ἐκ ἐνομίσθη ἐσθίειν τοὺς ἱερέας αὐτὸν, ἐπειδὴ ἁπαξαπλῶς ὑπὲρ τέκνων ποιεῖται τὸν ἀγῶνα· Αἰγυπτίων δὲ οἱ λοιποὶ ἐσθίουσι, λέγοντες, ὅτι μὴ κατὰ νοῦν τὴν μάχην, ὥσπερ οἱ χηναλώπεκες, ἀλλὰ κατὰ εὔνοιαν ὁ πελεκὰν ποιεῖται.

νέ. πῶς εὐχαριστίαν δηλοῦσι;

Εὐχαριστίαν γράφοντες, κεκόφαν ζωγραφοῦσι· διότι τοῦτο μόνον τῶν ἀλόγων ζώων ἐπειδὰν ὑπὸ τῶν γονέων ἐκτραφῇ, γηράσασιν αὐτοῖς τὴν αὐτὴν ἀνταποδίδωσι χάριν. ἐν ᾧ γὰρ ὑπ' αὐτῶν ἐξετράφη τόπῳ, νεοσσιὰν αὐτοῖς ποιήσας, τίλλει αὐτῶν τὰ πτερά, τροφάς τε κομίζει, μέχρις ἂν πτεροφυήσαντες οἱ γονεῖς, βοηθεῖν ἑαυτοῖς δυνηθῶσιν. ὅθεν καὶ τῶν θείων σκήπτρων κεκόφα πρόκειται.

νϛ'.

cui & ignem ſubjiciunt. Pelicanus autem conſpecto fumo, dum pennis ſuis ignem vult extinguere, e contrario earum agitatione accendit. Quo cum conflagrent ejus alæ, facile ab aucupibus capitur. Quam ob cauſam non conſentaneum exiſtimarunt eo veſci ſacerdotes, cum omnino pro liberis in diſcrimen ſeſe conjiciat. Multi tamen ex Ægyptiis, eo veſcuntur, ut qui eum dicant non judicio ac prudentia quadam, ut vulpanſeres, ſed benevolentia duntaxat & mira in ſobolem pietate certamen hoc ſuſcipere.

## 55. *Quomodo gratum indicant animum?*

GRatum indicantes animum, Cucupham pingunt, propterea quod ſolum hoc ex mutis animantibus, poſteaquam ab ipſis educatum fuerit, iiſdem ſenio confectis parem refert gratiam. Quo enim loco ab ipſis enutrita eſt, eodem nidum ipſis extruit, pennis eorum evulſis, cibumque ſubminiſtrat, donec renatis plumis parentes ſibi ipſi opem ferre queant. Unde & divinorum ſceptrorum Cucupha inſigne atque ornamentum apud eos eſſe ſolet.

νε'. πῶς ἄδικον, ἢ ἀχάριστον;

Ἄδικον δὲ ἢ ἀχάριστον, ἱπποπόλαμε ὄνυχας δύο, κάτω βλέποντας, γεάφουσιν. ἔτ' γὰρ ἐν ἡλικίᾳ γενόμεν', πειράζει τὸν πατέρα, πότερόν ποτε ἰσχύει μαχόμεν' πρὸς αὐτόν. ἢ ἐὰν μὲν ὁ πατὴρ ἐκχωρήσῃ, τόπον αὐτῷ μερίσας, ἔτ' πρὸς τὴν ἑαυτῦ μητέρα ἐπίγαμον ἥκει, ἢ ἐᾷ τᾶτον ζῆν· εἰ δὲ μὴ ἐπιτρέψειεν αὐτῷ ποιήσασθαι πρὸς τὴν μητέρα γάμον, ἀναιρεῖ αὐτὸν, ἀνδρειότερ' ἢ ἀνμαιότερ' ὑπάρχων. εἰς δὲ τὸ καλώταλον μέρ' ὄνυχας δύο ἱπποπόλαμε, ὅπως οἱ ἄνθρωποι τᾶτο ὁρῶντες, ἢ τὸν περὶ αὐτῦ λόγον ἐπιγινώσκοντες, προθυμότεροι εἰς εὐεργεσίαν ὑπάρχωσι.

νζ'. πῶς ἀχάριστον πρὸς τὰς ἑαυτῦ εὐεργέτας;

Ἀχάριστον ἢ μάχιμον τοῖς ἑαυτῦ εὐεργέταις σημαίνοντες, περισεραὶ ζωγραφοῦσιν. ὁ γὰρ ἄρσην ἰσχυρότερ' γενόμεν', διώκει τὸν ἑαυτῦ παλέρα ἀπὸ τῆς μητρὸς, ἢ ὅτως αὐτῇ πρὸς γάμον μίσγεται·

## 56. *Quomodo injuſtum & ingratum?*

INjuſtum vero atque ingratum, geminos equi fluviatilis ungues deorſum vergentes pingunt. Hic enim cum ad ætatis florem pervenerit, cum patre pugnans periculum facit, an præpolleat. Et ſi quidem pater ceſſerit, locum ei aſſignans, ipſe cum ſua ipſius matre connubium contrahit, & eum ſinit vivere. Quod ſi non permittat pater eum matri jungi, ipſum, cum fortior ſit ac robuſtior, interimit. Cæterum ideo geminos ejus ungues deorſum maxime inflexos pingunt, ut qui hoc vident homines, hujusque cauſam intelligunt, ad beneficentiam procliviores ſint.

## 57. *Quomodo ingratum in bene de ſe meritos?*

INgratum ac infeſtum iis a quibus beneficio affectus eſt ſignificantes, columbam pingunt. Mas enim ubi robuſtior evaſerit, ex conſortio matris patrem expellit, itaque ei connubio jungitur.

ται. καθαρὸν δὲ τοῦτο τὸ ζῶον ὑπάρχειν δοκεῖ· ἐπειδὴ ὅσης λοιμώδους καλασάσεως, καὶ παντὸς ἐμψύχου τε καὶ ἀψύχου νοσωδῶς διαλιθεμένου, τὰς ἐσθίουλας τοῦτο μόνον, ὃ μεταλαμβάνει τῆς τοιαύτης κακίας. διόπερ καὶ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ὃδὲν ἕτερον τῷ βασιλεῖ ἐν τροφῆς μέρει παραλίθεται, εἰ μὴ μόνον περισεσά. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ τοῖς ἐν ἁγνείαις ὅσι, διὰ τὸ ὑπηρέλεῖσθαι τοῖς θεοῖς. ἱστορεῖται δὲ, ὅτι ὁ χολὴν ἔχει τοῦτο τὸ ζῶον.

νή. πῶς τὸ ἀδύνατον γενέσθαι;

ΑΔύναλον δὲ γενέσθαι σημαίνοντες, πόδας ἀνθρώπου ἐν ὕδαλι περιπαλοῦντας ζωγραφοῦσιν· ἢ καὶ ἄλλως βυλόμενοι τὸ αὐλὸ σημαίνειν, ἀκέφαλον ἄνθρωπον περιπατοῦντα ζωγραφοῦσιν. ἀδύναλα δὲ ἀμφότερα ὑπάρχοντα, εὐλόγως εἰς τοῦτο παρειλήφασι.

νθ. πῶς βασιλέα κάκιστον;

ΒΑσιλέα δὲ κάκιστον δηλοῦντες, ὄφιν ζωγραφοῦσι κοσμοειδῶς ἐσχηματισμένον, ὃ τὴν ὁρὰν ἐν τῷ

tur. Purum autem hoc animal esse videtur. Siquidem cum aëris constitutio pestilens est, omniaque tam animata, quam inanimata, ea afficiuntur, quotquot hoc vescuntur animali, soli ab hac lue immunes servantur. Ideoque eo tempore regi in cibo sumendo nihil aliud præter columbas apponitur, idemque iis, qui quod Diis ministrent puri castique permanent. Traditur & hoc animal felle carere.

## 58. *Quomodo id quod fieri non potest?*

Quod fieri nequeat, pedes hominis in aqua obambulantes pingunt. Atque aliter idem significare volentes, hominem absque capite gradientem pingunt: quorum utrumque cum ex eorum numero sit, quæ fieri non possint, merito ad hoc innuendum sumta sunt.

## 59. *Quomodo regem pessimum?*

Regem autem pessimum significantes, anguem pingunt in orbis figuram, cujus caudam ori

τῷ στόματι ποιοῦσι· τὸ δὲ ὄνομα τοῦ βασιλέως ἐν μέσῳ τῷ εἱλίγματι γράφουσιν, αἰνιττόμενοι γράφειν, τὸν βασιλέα τοῦ κόσμου κρατεῖν. τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ὄφεως παρ' Αἰγυπτίοις ἐστὶ μεισί.

ξ'. πῶς βασιλέα φύλακα;

ΕΤέρως δὲ βασιλέα φύλακα δηλοῦντες, τὸν μὲν ὄφιν ἐγρηγορότα ζωγραφοῦσιν· ἀντὶ δὲ τοῦ ὀνόματος τοῦ βασιλέως, φύλακα ζωγραφοῦσιν. ὅτος γὰρ φύλαξ ἐστὶ τοῦ παντὸς κόσμου. ἢ ἑκάστοτε τὸν βασιλέα, ἐπεγρήγορον εἶναι.

ξά. πῶς μηνύσει κοσμοκράτορα;

ΠΑλιν δὲ τὸν βασιλέα κοσμοκράτορα νομίζοντες ἢ μηνύοντες, αὐτὸν μὲν ὄφιν ζωγραφοῦσιν· ἐν μέσῳ δὲ αὐτοῦ, οἶκον μέγαν δεικνύουσιν εὐλόγως. ὁ γὰρ βασίλειος οἶκος, παρ' αὐτοῦ - - ἐν τῷ κόσμῳ.

ξβ'. πῶς λαὸν πειθήνιον βασιλεῖ;

ΛΑὸν πρὸς βασιλέα πειθήνιον δηλοῦντες, μέλισσαν ζωγραφοῦσι. ἢ γὰρ μόνον τῶν ἄλλων ζώων,

admovent, nomen vero regis in media revolutione ſcribunt, obſcure innuentes ſe regem pingere orbi imperitantem. Porro angui apud Ægyptios nomen eſt Meiſi.

### 60. *Quomodo regem cuſtodem?*

ALiter quoque regem cuſtodem ſignantes, anguem quidem vigilantem pingunt, ſed pro regis nomine cuſtodem adnectunt. Hic enim totius orbis cuſtos eſt. Itaque regem aſſidue vigilantem eſſe oportere.

### 61. *Quomodo mundi notant dominum?*

RUrſus regem orbis moderatorem exiſtimantes, & indicantes, ipſum quidem anguem pingunt, ſed in ejus medio magnam domum effingunt ac repræſentant: nec ſane abſque ratione. Regia enim domus quæ ab eo regitur in mundo eſt.

### 62. *Quomodo populum regi morigerum?*

POpulum principalibus juſſis obſequentem innuentes, apem pingunt. Solæ enim hæ ex omni ani-

ζώων, βασιλέα ἔχει, ᾧ τὸ λοιπὸν τῶν μελισσῶν ἕπεται πλῆθος, καθὸ καὶ οἱ ἄνθρωποι πείθονται βασιλεῖ. αἰνίττονται δὲ ἐκ τῆς τοῦ μέλιτος - - - ἐκ τῆς τοῦ κέντρου τοῦ ζώου δυνάμεως - - - χρησὸν ἅμα καὶ εὔτονον εἶναι πρὸς - καὶ διοίκησιν.

ξγ'. πῶς βασιλέα μέρους κόσμου κρατοῦντα;

ΒΑσιλέα δὲ ὑ τοῦ παντὸς κόσμου κρατοῦντα, μέρους δὲ, βυλόμενοι σημῆναι, ἡμίτομον ὄφιν ζωγραφοῦσι· δηλοῦντες τὸν μὲν βασιλέα διὰ τοῦ ζώου· ἡμίτομον δὲ, ὅτι ὑ τοῦ παντὸς κόσμου.

ξδ'. πῶς παντοκράτορα;

ΠΑντοκράτορα δὲ ἐκ τῆς τοῦ ζώου τελειώσεως σημαίνουσι, πάλιν τὸν ὁλόκληρον ὄφιν ζωγραφοῦντες. οὕτω παρ' αὐτοῖς τοῦ παντὸς κόσμου τὸ δῆκον ἐστὶ πνεῦμα.

ξε'. πῶς γναφέα;

ΓΝαφέα δὲ δηλοῦντες, δύο πόδας ἀνθρώπου ἐν ὕδατι ζωγραφοῦσι. τοῦτο δὲ, ἀπὸ τῆς τοῦ ἑρμοῦ ὁμοιό-

mantium genere regem habent, quem reliqua apum multitudo ſequatur, cuique, non ſecus ac vulgus regi, obtemperet. Innuunt autem obſcure, tum ex mellis inſigni utilitate, tum ex vi quam in aculeo habet hoc animal, utilem ſimul ac potentem eſſe ad res gerendas regem.

### 63. *Quomodo regem parti orbis imperantem?*

REgem autem non toti orbi, ſed parti duntaxat imperantem volentes ſignificare, anguem dimidiatum pingunt: regem quidem per ipſum animal; non toti vero orbi imperantem, ex eo quod dimidiatus ſit, deſignantes.

### 64. *Quomodo late rerum potientem?*

OMnium autem moderatorem ex ejusdem animalis perfectione ſignificant, rurſum integrum pingentes anguem. Sic & apud eos ſpiritus eſt, qui per univerſum orbem permeat.

### 65. *Quomodo fullonem?*

FUllonem indicantes, geminos hominis pedes in aqua pingunt: id quod ex Mercurii ſimili-

ὁμοιότητος δηλοῦσι.

ξϛ'. πῶς μῆνα;

ΜΗνα δὲ γράφοντες, σελήνης σχῆμα, καθὸ καὶ πρόκειται, ἔχον εἴκοσι καὶ ὀκτὼ ἡμέρας ἰσημερινὰς μόνας, ἐξ εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν τῆς ἡμέρας ὑπαρχούσης ζωγραφοῦσι, καθ' ἃς καὶ ἀνατέλλει· ταῖς δὲ λοιπαῖς δύο, ἐν δύσει ἐστὶ.

ξζ'. πῶς ἅρπαγα, ἢ πολύγονον, ἢ μαινόμενον;

ΑΡπαγα δὲ, ἢ πολύγονον, ἢ μαινόμενον βουλόμενοι σημῆναι, κροκόδειλον ζωγραφοῦσι, διὰ τὸ, πολύγονον καὶ πολύτεκνον ὑπάρχειν καὶ μαινόμενον. ἐπὰν γὰρ ἁρπάσαι τὶ βουλόμενος ἀποτύχῃ, θυμωθεὶς, καθ' αὑτοῦ μαίνεται.

ξη'. πῶς ἀνατολήν;

ΑΝατολὴν δὲ λέγοντες, δύο ὀφθαλμοὺς κροκοδείλου ζωγραφοῦσιν. ἐπειδήπερ παντὸς σώματος

ζώου

tudine indicant.

### 66. *Quomodo menſem?*

MEnſem autem exprimentes, Lunæ figuram eodem qui ſupra expoſitus eſt habitu, pingunt: complectentem octo & viginti dies æquinoctiales duntaxat, die ex viginti quatuor horis conſtituto, quibus & exoritur in noſtro apparens hemiſphærio: reliquis vero duobus in occaſu eſt.

### 67. *Quomodo rapacem, fœcundum, aut furentem?*

CÆterum, rapacem, fœcundum, aut inſanum volentes innuere, Crocodilum pingunt: quod fœcundum maxime ſit hoc animal, multoſque liberos procreet, inſuper & crebro in furorem agatur. Ubi enim ab expetita præda exciderit, indignabundus in ſe ipſe furit.

### 68. *Quomodo ortum?*

ORtum oſtendentes, geminos Crocodili oculos pingunt: quoniam oculi huic animali veluti

ex

ζώσι οἱ ὀφθαλμοὶ ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀναφαίνονται.

ξθ'. πῶς δύσιν;

Δύσιν δὲ λέγοντες, κροκόδειλον κεκυφότα ζωγραφοῦσι. αὐτότοκον γὰρ καὶ κατωφερὲς τὸ ζῶον.

ό. πως σκιάζουσι σκότῳ;

Σκότῳ δὲ λέγοντες, κροκοδείλου ὁρᾶν ζωγραφοῦσιν· ἐπειδὴ οὐκ ἄλλως εἰς ἀφανισμὸν ἢ ἀπώλειαν φέρει ὁ κροκόδειλος ἢ ἐὰν λάβηται ζώου, εἰ μὴ τῇ ὁρᾷ τῇ ἑαυτοῦ διαπληκτίσας ἄτοπον παρασκευάσει. ἐν τούτῳ γὰρ τῷ μέρει ἡ τοῦ κροκοδείλου ἰσχὺς καὶ ἀνδρεία ὑπάρχει. ἱκανῶν δὲ καὶ ἄλλων ὑπαρχόντων σημείων, ἐν τῇ τῶν κροκοδείλων φύσει, αὐτάρκη τὰ δόξαντα ἐν τῷ πρώτῳ συγγράμματι εἰπεῖν.

Τέλος τῆς πρώτης βιβλίου.

ex imo corpore emergunt.

### 69. *Quomodo occasum?*

AT occasum signantes, Crocodilum inflexum ac cernuum pingunt. Ad partum enim facile, & ad Venerem maxime proclive est hoc animal.

### 70. *Quomodo tenebras adumbrant?*

PORro tenebras significantes, Crocodili caudam pingunt. Neque enim aliter ad exitium & internecionem perducit Crocodilus quodcunque apprehenderit animal, nisi cauda prius cæsum, invalidum reddiderit. Namque in hac corporis parte præcipua est Crocodili vis ac robur. Cæterum cum quamplurima alia in Crocodilorum natura signa comperiantur, hæc quæ in primum librum conferre visum est, nunc satis erunt.

*Finis prioris libri.*

# ΩΡΑΠΟΛΛΩΝΟΣ

## ΝΕΙΛΩΟΥ

ΤΗΣ ΤΩΝ ΠΑΡ' ΑΙΓΥΠΤΙΟΙΣ ΙΕΡΟΓΛΥΦΙΚΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ, ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Διὰ δὲ τῆς δευτέρας πραγματείας, περὶ τῶν λοιπῶν τὸν λόγον ὑγιῆ σοι παρασήσομαι· ἃ δὲ ἢ ἐξ ἄλλων ἀνιγράφων, ἢ ἔχουλα τινὰ ἐξήγησιν, ἀναγκαίως ὑπέταξα.

α. Τί ἀσέρα γράφουλες δηλῶσιν;

Ἀστὴρ παρ' Αἰγυπτίοις γραφόμενον, ποτὲ μὲν θεὸν σημαίνει, ποτὲ δὲ δείλην, ποτὲ δὲ νύκτα, ποτὲ δὲ χρόνον, ποτὲ δὲ ψυχὴν ἀνθρώπου ἄρρενον.

β. Τί ἀετῶ νεοσσὸν;

Καὶ ἀετῶ νεοσσὸν, ἄρρενογόνον ἢ κυκλωηδὸν σημαίνει, ἢ σπέρμα ἀνθρώπου.

γ. Τί

# HORAPOLLINIS NILIACI,

## DE SACRARUM APUD ÆGYPTIOS INSCULPTARUM LITERARUM INTERPRETATIONE, LIBER SECUNDUS.

SEcundo autem volumine reliquorum tibi veram idoneamque in medium afferam rationem: quæ & cum ab aliis autoribus nequaquam sint expoſita, neceſſario ſubjungenda cenſui.

### 1. *Quid ſtellam pingentes, innuunt?*

DEpicta Ægyptiis ſtella nunc deum ſignificat, nunc crepuſculum, nunc noctem, nunc vero tempus, interdum etiam hominis maſculi animam.

### 2. *Quid aquilæ pullum?*

ET aquilæ pullus maſculum, & orbiculatum quippiam vel ſemen hominis connotat.

γ'. Τί δύο πόδας συνηγμένας ϗ βεβηκότας;

Δύο πόδες συνηγμένοι ϗ βεβηκότες, δρόμον ἡλίϗ τὸν ἐν ταῖς χειμερίαις τροπαῖς σημαίνουσι.

δ'. Τί ἀνθρώπϗ καρδίαν φάρυγγα ἠρτημένην;

ΑΝθρώπϗ καρδία φάρυγγα ἠρτημένη, ἀγαθῦ ἀνθρώπϗ σόμα σημαίνει.

ε'. πῶς πολέμϗ σόμα;

ΠΟλέμϗ σόμα δηλῦσιν ἀνθρώπϗ χεῖρες ζωγραφέμεναι, ἡ μὲν ὅπλον κρατῦσα, ἡ δὲ τόξον.

ς'. Τί δάκτυλον;

ΑΝθρώπϗ σόμαχον δηλοῖ δάκτυλα.

ζ'. Τί αἰδοῖον χειρὶ κρατέμενον;

ΑΙδοῖον χειρὶ κρατέμενον, σωφροσύνην δηλοῖ ἀνθρώπϗ.

ή. πῶς

3. *Quid geminos pedes junctos ac stantes?*

GEmini pedes simul compacti ac firmati, Solis cursum cum in solstitio est hyberno, significant.

4. *Quid hominis cor faucibus appensum?*

HOminis cor faucibus appensum, boni viri os designat.

5. *Quomodo belli aciem, ac frontem exercitus ad prælium instructi?*

BElli aciem indicant hominis depictæ manus, hæc quidem scutum, illa vero arcum tenens.

6. *Quid digitum?*

HOminis stomachum demonstrat digitus.

7. *Quid pudendum manu compressum?*

PEnis manu cohibitus ac tectus, continentiam hominis innuit.

η'. πῶς νόσον δηλοῦσιν;

ΑΝθη δὲ ἀνεμώνης, νόσον ἀνθρώπου σημαίνει.

θ'. πῶς ὀσφὺν ἀνθρώπου;

ΟΣΦΥΝ, ἣν φάσιν ἀνθρώπου βουλόμενοι ζωγραφεῖν, τὸ νωτιαῖον ὀσοῦν γράφομεν. τινὲς γὰρ λέγουσι τὸ σπέρμα ἐκεῖθεν φέρεσθαι.

ι'. πῶς διαμονὴν καὶ ἀσφάλειαν σημαίνουσιν;

ΟΡΤΥΓΟΣ ὀστέον ζωγραφούμενον, διαμονὴν καὶ ἀσφάλειαν σημαίνει· διότι δυσπαθές ἐστι τὸ τοῦ ζώου ὀστέον.

ια'. πῶς ὁμόνοιαν;

ΑΝθρωποι δύο δεξιούμενοι, ὁμόνοιαν δηλοῦσι.

ιβ'. πῶς ὄχλον;

ΑΝθρωπος καθωπλισμένος, καὶ τοξεύων, ὄχλον σημαίνει.

ιγ'.

8. *Quomodo morbum significant?*

FLores autem Anemones, morbum hominis significant.

9. *Quomodo lumbum hominis?*

LUmbum, aut statum constitutionemque hominis volentes notare, os spinæ dorsi pingimus. Sunt enim qui dicant, hinc semen defluere.

10. *Quomodo permanens aliquid & tutum significant?*

COturnicis os pictum, stabile ac tutum quippiam indicat, quod difficile hujus animalis os afficiatur ac patiatur quicquam.

11. *Quomodo concordiam?*

DUo homines, magistratus ornati insignibus, concordiam innuunt.

12. *Quomodo turbam ac tumultum?*

ARmatus homo sagittasque jaculans, tumultum significat.

13.

ιγ'. πῶς ἀναμέτρησιν;

ΑΝθρώπου δάκτυλος, ἀναμέτρησιν σημαίνει.

ιδ'. πῶς γυναῖκα ἔγγυον;

ΓΥναῖκα ἔγγυον βυλόμενοι δηλῶσαι, ἡλίου κύκλον σὺν ἀσέρι μετὰ ἡλίου δίσκου, δίχα τετμημένου, σημαίνουσιν.

ιε'. πῶς ἄνεμον;

ΤΗν ἀνατολὴν ἱέρακος ἐπὶ μετεώρου θέων, ἀνέμους σημαίνει. ἔτι ἢ ἄλλως, ἱέρακος διατεταμένου τὰς πτέρυγας ἐν ἀέρι, οἷον πτέρυγας ἔχων, ἄνεμον σημαίνει.

ις'. πῶς πῦρ;

ΚΑπνὸς εἰς οὐρανὸν ἀναβαίνων, πῦρ δηλοῖ.

ιζ'. πῶς ἔργον;

ΒΟὸς ἄρρενος κέρας γραφόμενον, ἔργον σημαίνει.

13. *Quomodo dimensionem?*

HOminis digitus dimensionem notat.

14. *Quomodo desponsatam mulierem?*

DEsponsatam mulierem volentes ostendere, solis circulum, simul cum stella & ipso disco solis bipartito pingunt.

15. *Quomodo ventum?*

ACcipiter ortum versus in sublime tendens, ventos ostendit. Item & aliter: Accipiter expansas in aëre alas habens, ventum, qui alas quasdam habere videtur, significat.

16. *Quomodo ignem?*

FUmus in cœlum ascendens, ignem indicat.

17. *Quomodo opus?*

MAsculi bovis animantis cornu pictum, opus notat.

ιή. πῶς ποινήν;

Βοὸς δὲ θηλείας κέρας γραφόμενον, ποινὴν σημαίνει.

ιθ. πῶς ἀνοσιότητα;

Πρόμη σὺν μαχαίρᾳ γραφομένη ἀνοσιότητα δηλοῖ.

κ. πῶς ὥραν;

Ἵππῳ πολέμιῳ γραφόμενῳ ὥραν δηλοῖ.

κά. πῶς πολυχρόνιον;

Ἔλαφος κατ' ἐνιαυτὸν βλασάνει τὰ κέρατα· ζωγραφουμένη δὲ, πολυχρόνιον σημαίνει.

κβ. πῶς ἀποστροφήν;

Λύκος, ἢ κύων ἀπεστραμμένος, ἀποστροφὴν δηλοῖ.

κγ. πῶς μέλλον ἔργον;

Ἀκοὴ ζωγραφουμένη, μέλλον ἔργον σημαίνει.

κδ.

18. *Quomodo pœnam?*

AT fœminæ cornu depictum, ultionem ostendit.

19. *Quomodo impietatem?*

IMago umbilico tenus cum gladio depicta, impietatem innuit.

20. *Quomodo horam?*

HIppopotamus depictus horam significat.

21. *Quomodo longævum ac diuturnum?*

CErvis quotannis cornua renascuntur. Hic depictus longissimam vitam significat.

22. *Quomodo aversionem?*

LUpus aut canis aversus, aversionem monstrat.

23. *Quomodo futurum opus?*

AUris picta, futurum opus significat.

κδ'. πῶς φονέα, ἢ αἷμα κροκοδείλου;

ΣΦηξ ἀεροπελὴς, ἤτοι αἷμα κροκοδείλου βλαπτικὸν, ἢ φόνον σημαίνει.

κέ. πῶς θάναλον;

ΝΥκτικόραξ θάναλον σημαίνει. ἄφνω γὰρ ἐπέρχεσθαι τοῖς νεοσσοῖς τῶν κορωνῶν κατὰ τὰς νύκτας, ὡς ὁ θάνατος ἄφνω ἐπέρχεται.

κς'. πῶς ἔρωτα;

ΠΑγὶς ἔρωτα ὡς θήραν θανατ--- τερὸν, ἀέρα σημαίνει.--- ὸν, ὑόν.

κζ'. πῶς παλαιόταλον;

ΛΟγοι ἢ φύλλα, ἢ βιβλίον ἐσφραγισμένον, παλαιόταλον δηλοῖ.

κή. πῶς πολιορκίαν;

ΚΛιμαξ, πολιορκίαν, διὰ τὸ ἀνώμαλον.

κθ'.

24. *Quomodo percussorem aut sanguinem Crocodili?*

VEspa per aërem volans, aut Crocodili noxium sanguinem, aut cædem designat.

25. *Quomodo mortem?*

NUcticorax mortem significat: quemadmodum enim hic derepente pullos cornicum noctu, sic & mors homines nec opinato invadit atque opprimit.

26. *Quomodo amorem?*

LAqueus amorem, ut feram quandam, ala aërem significat.

27. *Quomodo vetustissimum?*

SErmones & folia, aut signatus liber, vetustissimum indicant.

28. *Quomodo obsidionem?*

SCala obsidionem, quod inæqualis sit atque acclivis.

κθ'. πῶς ἄπειρον, ἢ Μᾶσαν, ἢ μοῖραν;

ΓΡάμματα ἑπτὰ, ἐν δυσὶ δακτύλοις περιεχόμενα Μᾶσαν, ἢ ἄπειρον, ἢ μοῖραν σημαίνει.

λ'. Τί σημαίνει γραμμὴ, ἐπικεκαμμένη ἑτέρᾳ;

ΓΡαμμὴ ὀρθὴ μία, ἅμα γραμμῇ ἐπικεκαμμένῃ ἢ δέκα, γραμμὰς ἐπιπέδους σημαίνουσι.

λα'. Τί δηλοῦσι χελιδόνα γράφοντες;

ΤΗν ὁλοσχερῆ σημαίνειν βουλόμενοι λίθῳ γυναῖκα καταλειφθεῖσαν τοῖς ἑαυτῆς, χελιδόνα ζωγραφοῦσιν. ἐκείνη γὰρ κυλίει ἑαυτὴν εἰς πηλὸν, καὶ πλίζει τοῖς νεοττοῖς φωλεὸν μέλλουσα τεθνάναι.

λβ'. Τί μέλαιναν περιστεράν;

ΓΥναῖκα χήραν ἐπιμείνασαν ἄχρι θανάτου θέλοντες σημῆναι, περιστερὰν μέλαιναν ζωγραφοῦσιν. αὕτη γὰρ ἅπαξ συμμίγνυται ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἕως ἂν χηρεύσῃ.

λγ'.

### 29. *Quomodo inexpertum, Mūſam, aut fatum?*

LIteræ ſeptem, duobus incluſæ digitis, Muſam, inexpertum aut fatum ſignificant.

### 30. *Quid linea ſignificat ſuper alteram inflexa?*

REcta linea ſimul cum altera ſuperne inflexa, decem planas lineas indicat.

### 31. *Quid innuunt, hirundinem pingentes?*

OMnes parentum opes filiis relictas volentes innuere, hirundinem pingunt. Illa enim jam morti proxima, luto ſeipſam volutat, & pullis latebras comparat.

### 32. *Quid nigram columbam?*

MUlierem viduam, quæ ad mortem uſque in eo permanſerit vitæ ſtatu, volentes ſignificare, nigram pingunt columbam. Hæc enim quamdiu vidua eſt, alteri viro non miſcetur.

λγ'. Τί ἰχνεύμονα;

ΑΝθρωπον ἀσθενῆ, ἢ μὴ δυνηθέντα ἑαυτῷ βοηθῆσαι δι' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ διὰ τῆς ἄλλων ἐπικουρίας, θέλοντες δηλῶσαι, ἰχνεύμονα ζωγραφοῦσιν. ἐκείνη γὰρ ὅταν ἴδῃ ὄφιν, ὃ πρότερον ἐπιβεβουλευκὸς αὐτῷ, ἀλλὰ βοῇ τὰς ἄλλας ἐπικαλεσμένη, τότε ἐναντιοῦται τῷ ὄφει.

λδ'. Τί δηλοῦσιν ὀρίγανον ἱερογλυφοῦντες;

ΛΕῖψον μυρμήκων βολόμενοι σημῆναι, ὀρίγανον ἱερογλυφοῦσιν. αὕτη γὰρ ποιεῖ λείπειν τοὺς μύρμηκας, ἀποτιθεμένη ἐν τόπῳ, ὁπόθεν ἐξέρχονται.

λε'. Τί σκορπίον, ἢ κροκόδειλον;

ΑΝθρωπον ἐχθρὸν, ἑτέρῳ ἴσῳ ἐναντιούμενον σημῆναι θέλοντες, σκορπίον ἢ κροκόδειλον ζωγραφοῦσιν. ἑκάτερον γὰρ ἀναιρεῖ. εἰ δὲ ἐναντίον ἢ ἀναιρετικὸν τοῦ ἑτέρου σημαίνουσι, κροκόδειλον ζωγραφοῦσιν, ἢ σκορπίον. ἀλλ' εἰ μὲν ὀξέως ἀναιροῦντα, κρο-

κό-

## 33. *Quid Ichneumonem?*

HOminem invalidum, & qui ſibi per ſe ipſe opem ferre nequeat, ſed aliorum ſe tueatur auxilio, volentes monſtrare, ichneumonem pingunt. Hic enim conſpecto ſerpente non protinus in eum irruit, ſed vocatis prius clamore aliis, tum demum ei reſiſtit.

## 34. *Quid notant, origanum in ſacris inſculpentes?*

FOrmicarum abſentiam ac diſceſſum volentes ſignificare, origanum inter ſacras ſculpturas pingunt. Hæc ſiquidem eo in loco condita, unde formicæ prodeunt, eas fugat.

## 35. *Quid Scorpium & Crocodilum?*

INimicum cum pari congredientem inimico, indicare volentes, Scorpium & Crocodilum pingunt: uterque enim alteri mutuum affert exitium. Sin vero victorem alterum, quique inimicum ſuſtulerit innuant, aut Crocodilum pingunt, aut Scorpium: ſi celeriter quidem ſuſtulerit, Croco-

κόδειλον ζωγραφοῦσιν· εἰ δὲ βραδέως ἀναιρεθῆναι, σκορπίον, διὰ τὸ δυσκίνητον.

λς'. Τί γαλῆν;

Γυναῖκα ἀνδρὸς ἔργα πράττεσαν βουλόμενοι σημῆναι, γαλῆν ζωγραφοῦσιν. αὕτη γὰρ ἄρρενα αἰδοῖον ἔχει, ὡς ὀσάριον.

λζ'. Τί χοῖρον;

Ὅτε βούλονται ἄνθρωπον ἐξώλη σημῆναι, χοῖρον ζωγραφοῦσι, διὰ τὸ τὴν φύσιν τοῦ χοίρου τοιαύτην εἶναι.

λη'. πῶς θυμὸν ἄμελγον;

Εἰ δὲ θυμὸν ἄμελγον, ὥς τε ἢ ἐκ τούτου πυρέττειν τὸν θυμούμενον, λέοντα γράφουσιν, ἐκποίζοντα τὰς ἰδίας σκύμνους. ἢ λέοντα μὲν, διὰ τὸν θυμόν· τὰς σκύμνους δὲ ἐκποιζομένους, ἐπειδὴ τὰ ὀστᾶ τῶν σκύμνων κοπτόμενα, πῦρ ἐκβάλλει.

λθ'.

dilum: ſi lente, Scorpium, ob ejus difficilem tardumque motum.

### 36. *Quid muſtelam?*

VBi mulierem quæ viri præſtat opera, volunt exprimere, muſtelam pingunt: quod hæc maris pudendum habeat velut oſſiculum.

### 37. *Quid porcum?*

VOlentes pernicioſum & peſtiferum hominem monſtrare, porcum pingunt: quod ejusmodi ſit porci natura.

### 38. *Quomodo immodicam iram?*

QVod ſi immoderatam iracundiam, ex qua qui ea eſt commotus, febrim contraxerit, Leonem pingunt proprios catulos cauda flagellantem. Leonem quidem, ob iracundiam; catulos vero cauda cæſos, quod catulorum oſſa, ſi inter ſe collidantur, ignem emittunt.

λθ'. πῶς γέρουλα μυστικόν;

Γέρουλα μυστικὸν βυλόμενοι σημῆναι, κύκνον ζωγραφοῦσιν. ὅτῳ γὰρ ἡδύτατον μέλῳ ᾄδει γηράσκων.

μ'. πῶς ἄνδρα δηλοῦσι συγγινόμενον τῇ ἑαυτοῦ γυναικί;

Ανδρα συγγινόμενον τῇ γυναικὶ αὐτοῦ κατὰ μίξιν βυλόμενοι σημῆναι, δύο κορώνας γράφουσιν. αὗται γὰρ συμμίγνυνται ἀλλήλαις, ὡς μίγνυται ἄνθρωπῳ κατὰ φύσιν.

μά. τί δηλοῦσι κάνθαρον τυφλὸν γράφοντες;

Ανδρα δὲ ὑπὸ ἡλιακῆς ἀκτῖνος πυρέξαντα καὶ ἐντεῦθεν ἀποθανόντα βυλόμενοι σημῆναι, κάνθαρον τυφλὸν γράφουσιν. ὅτῳ γάρ ὑπὸ τοῦ ἡλίου τυφλουμένῳ ἀποθνήσκει.

μβ'. τί δηλοῦσιν ἡμίονον γράφοντες;

Γυναῖκα δὲ σεῖραν βυλόμενοι σημῆναι, ἡμίονον γρά-

### 39. *Quomodo ſenem Muſicum?*

SEnem muſicum volentes commonſtrare, Cygnum pingunt: quod hic ſeneſcens ſuaviſſimum edat concentum.

### 40. *Quomodo virum innuunt cum ſua ipſius uxore congredientem?*

VIrum qui cum uxore ſua conſuetudinem veneream habeat, innuere ſi velint, geminas cornices pingunt: quod hæ eodem ſecum invicem modo naturaliter coëant, quo homines.

### 41. *Quid ſignificant cæcum ſcarabæum pingentes?*

HOminem qui ex ſolaribus radiis contracta febri perierit, notantes; cæcum pingunt Scarabæum, ut qui ſplendore Solis excœcatus intereat.

### 42. *Quid mulam?*

STerilem volentes indicare mulierem, mulam

γεάφεσιν. αὕτη γὰρ διὰ τοῦτο σειρά ἐσι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὴν μήτραν ἐπ᾽ εὐθείας.

μγ΄. πῶς δηλοῦσι γυναῖκα γεννήσασαν θήλεα βρέφη;

Γυναῖκα γεννήσασαν θήλεα βρέφη πρώτως, βαλόμενοι σημῆναι, ταῦρον ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ νεύοντα ζωγραφοῦσιν· εἰ δὲ ἄῤῥενα, πάλιν ταῦρον ἐπὶ τὰ δεξιὰ νεύοντα ζωγραφοῦσιν. ἐκεῖνο γὰρ ἀπο τῆς ὀχείας καταβαίνων, εἰ μὲν ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ κατέλθοι, θῆλυ γεννᾶται· εἰ δὲ ἐπὶ τὰ δεξιὰ κατέλθοι ἀπὸ τῆς ὀχείας, ἄῤῥεν τίκτεται.

μδ. πῶς δηλοῦσι σφῆκας;

Σφῆκας βαλόμενοι σημῆναι, νεκρὸν ἵππον ζωγραφοῦσιν. ἐκ γάρ τότε ἀποθανόντος, πολλοὶ γίνονται σφῆκες.

με΄. πῶς δηλοῦσι γυναῖκα ἐκτιτρώσκουσαν;

Γυναῖκα ἐκτιτρώσκουσαν βαλόμενοι σημῆναι, ἵππον πατοῦσαν λύκον ζωγραφοῦσιν. ὁ μόνον γὰρ

pingunt. Hæc namque eo ſterilis eſt, quod matricem rectam non habet.

### 43. *Quomodo mulierem, quæ puellos fœmineos peperit?*

MUlierem fœminas primum infantes enixam ſignificantes, taurum ſiniſtrorſum ſpectantem pingunt: Mares vero, rurſus taurum dextrorſum. Is enim ex congreſſu diſcedens, ſi ad lævam converſus fuerit, genitam eſſe fœminam indicat, ſi ad dexteram, marem.

### 44. *Quomodo veſpas?*

VEſpas deſignantes, cadaver equi pingunt. Ex eo enim multæ procreantur veſpæ.

### 45. *Quomodo mulierem abortientem?*

ABortientem mulierem ſignificantes, equam quæ lupum conculcet, pingunt. Non ſolum enim

γὰρ πατοῦσα τὸν λύκον ἐκτιτρώσκει ἡ ἵππος, ἀλλὰ καὶ τὸ ἴχνος ἐὰν πατήσῃ τοῦ λύκου, παραχρῆμα ἐκτιτρώσκει.

μς'. πῶς ἄνθρωπον ἰατρεύοντα ἑαυτὸν ἀπὸ χρησμοῦ;

ΑΝθρωπον ἀπὸ χρησμοῦ ἰατρεύοντα ἑαυτὸν βουλόμενοι σημῆναι, φάσσαν κρατοῦσαν φύλλον δάφνης ζωγραφοῦσιν. ἐκείνη γὰρ ὅτε ἀῤῥωστεῖ, φύλλον ἐπιλίθησι δάφνης εἰς τὴν νοσσιὰν ἑαυτῆς καὶ ὑγιαίνει.

μζ'. πῶς κώνωπας πολλούς;

Κώνωπας πολλοὺς ἐπιφοιτῶντας βουλόμενοι ζωγραφῆσαι, σκώληκας γράφουσιν. ἐκ τούτων γὰρ γεννῶνται οἱ κώνωπες.

μή'. πῶς ἄνδρα μὴ ἔχοντα χολήν, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου δεχόμενον;

ΑΝδρα μὴ ἔχοντα χολὴν αὐτοφυῶς, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου δεχόμενον γράφοντες, περιστερὰν ζω-

enim si lupum calcarit, abortum facit equa, sed & si lupi calcarit vestigium, abortit protinus.

### 46. *Quomodo hominem, qui sese responso ab oraculo accepto sanarit?*

HOminem, qui se ipse ex oraculo, pristinæ sanitati restituerit, volentes innuere, palumbum pingunt lauri folium tenentem. Hic enim ubi morbo laborat, lauri folium in nidum suum inferens, convalescit.

### 47. *Quomodo culicum copiam?*

EXcrescentem & adventantem culicum copiam exprimere cupientes, vermes pingunt. Siquidem ex his gignuntur culices.

### 48. *Quomodo hominem, qui cum ex se biliosus non sit, ab altero tamen bile commoveatur?*

HOminem qui suapte natura bile careat, sed eam ab altero suscipiat, notantes; columbam

ζωγραφῶσιν, ἔχουσαν τὰ ὀπίσθια ὀρθά. ἐν ἐκείνοις γὰρ τὴν χολὴν ἔχει.

μθ'. πῶς ἄνθρωπον ἀσφαλῶς οἰκοῦντα πόλιν;

ΑΝθρωπον ἀσφαλῶς οἰκοῦντα πόλιν σημῆναι βουλόμενοι, ἀετὸν λίθον βαστάζοντα ζωγραφοῦσιν. ἐκεῖνος γὰρ ἀπὸ θαλάσσης, ἢ ἀπὸ τῆς γῆς λίθον ἐπαίρει, καὶ τίθησιν εἰς τὴν ἰδίαν νοσσιὰν, διὰ τὸ ἀσφαλῶς μένειν.

ν'. πῶς ἄνθρωπον ἀσθενῶς ἔχοντα, καὶ ὑφ' ἑτέρου καταδιωκόμενον;

ΑΝθρωπον ἀσθενῶς ἔχοντα, καὶ καταδιωκόμενον ὑπὸ ἰσχυροτέρου βουλόμενοι σημῆναι, ὠτίδα καὶ ἵππον ζωγραφοῦσιν. αὕτη γὰρ ἵππαλαι, ὅταν ἴδῃ ἵππον.

να'. πῶς ἄνθρωπον δηλοῦσι προσφεύγοντα τῷ ἰδίῳ πατρωνι καὶ μὴ βοηθέμενον;

ΑΝθρωπον προσφεύγοντα τῷ ἰδίῳ πάτρωνι, καὶ μὴ βο-

pingunt dorso erecto: illic enim bilem habet.

### 49. *Quomodo hominem, qui tuto urbem incolat?*

οὐραῖον) Etsi nomen hoc & Græcum sit, & ὅτι τὴν οὐρᾶς deducatur, hic tamen ut nomen Ægyptium sumi debet, idem valens quod Græce βασιλίσκος. Porro quod hic de basilisco traditur, firmat Plinius *Lib.* 29. *Cap.* 4. & *Lib.* 8. *Cap.* 21. addens & alios serpentes olfactu necare, & hominem vel si aspiciat tantum interimere, & non contactos modo, verum & afflatos frutices necare. De variis autem serpentum generibus vide Eundem *Cap.* 23. *Libri* 8. [Antea οὐραῖον legebatur: sed nos οὐβαῖον ex M. S. Cod.

Cod. reſtituimus, quæ vox eſt Ægyptia, ut ex noſtro Autore licet diſcere, baſiliſcum ſignificans. Haud ſcio an ab Hebræo OB, quod Pythonem ſolent vertere.]

Pag 4. τὴν ἑαυτοῦ ἐσθίοντα οὐράν) Unde & à Latinis annus vertens dicitur, quod ſemper in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.

Pag. 6. [ἐπειδή φασιν ἐν τῇ ἀνατολῇ ιέ. μοῖραι ὑπάρχουσι) Sic antea legebatur: ſed lectio M. S. μοιρῶν ὑπάρχουσαν, multo rectior, ut quæ Lunæ curſum aperte doceat. Porro quindecim Lunæ partes, quindecim dies intellige: nam & poſt, ubi de ejus occaſu loquitur, dicit τὸν ἀριθμὸν τῶν λ'. ἡμερῶν πληρώσασαν.]

[ὑπάρχουσαν) Id eſt, quod in ortu quidem dicant eam, quum eſt quindecim partium, ſurſum erectis cornibus apparere: at in occaſu, triginta diebus completis, cornua deorſum inflexa gerere.]

Pag. 8. βουλόμενοί τε ἔτος εἰπεῖν, τέταρτον λέγουσιν) Annum antea ita Pontificum vitio turbatum, quemadmodum eſt apud Suetonium, ut nec meſſium feriæ æſtati, nec vindemiarum autumno quadrarent, in eum digeſſit ordinem Cæſar, Soſigenis opera; ut cum annus ex 365. diebus & quadrante, utpote ſex horis conſtaret, quarto quoque anno Februario menſi unus intercalaretur dies, qui & ob id biſſextus dici ſolet: cujus nominis rationem optime noſter Celſus ſub Titulo de *Verborum Significatione* exponit, eo *Legis Capite*, cujus initium eſt, *Cum biſſextus.*

ἢ νίκην) In Aldino Exemplari interjiciuntur hæc; ἢ Αρεα, ἢ Αφροδίτην, *aut Martem aut Venerem*, quorum in ſequentibus Capitibus ratio traditur. Ea & nos adnectenda curavimus. Porro ἱέρακα malui *accipitrem* vertere, quam quod alii verterant *aquilam*: etſi pleraque ex iis,

quæ de natura τῶ ἱεράκων dicuntur, aquilis quoque conveniant. De variis autem accipitrum generibus vide Plin. *Cap.* 8. *Lib.* 10.

τῇ ἱερακίᾳ βοτάνῃ) Lactuca caprina Plinio dicitur, Apulejo lactuca ſylvatica; dicitur & Sonchites. Eandem hieraciam nonnullis vocari (vulgo hieraceum nominant) idem tradit Plinius, quoniam accipitres ſcalpendo eam, ſuccoque oculos tingendo, obſcuritatem, cum ſenſere, diſcutiant. De ejus facultatibus Plinium ipſum *Lib.* 20. *Cap.* 7. & Medicos conſule.

Pag. 10. ταπείνωσις ἢ) Ita in Exemplari Aldino legebatur, ſed nos ταπείνωσιν emendavimus, ut præcedentibus ac ſubſequentibus reſpondeat. [Adde, quod noſtræ lectioni ſubſcribit Vetus Exemplar.]

Pag. 12. τὸ πρὸς τὸν ψυχὸν συμπαθές) Ita in Veteri legebatur: ſed vera eſt M. S. Codicis lectio, δὲ τὸ πρὸς τὸν ψυχὸν συμπαθεῖν, quam & nos repoſuimus. Eſt autem συμπάθεια Philoſophis & Medicis ille naturæ conſenſus, cum iiſdem rebus affici moverique ſolemus.

ὡς γὰρ ἡ ψυχὴ τρέφεται) Eſt enim ſanguis ὄχημα τῆς ψυχῆς, *vehiculum animæ*. Cæterum in Exemplari etiam Aldino ὡς legitur, ſed ᾧ legendum exiſtimo. [Quanquam & hæc lectio rejicienda non eſt, quam & in M. S. invenimus.]

δύο κορώνας) De cornicum natura vide Plinium *Lib.* 10. *Cap.* 12.

Pag. 14. αὐτῶν ὁμονοίας) Unde & cornicum concordia Proverbio celebratur: de qua eſt in Alciati Emblematis carmen elegantiſſimum:

*Cornicum mira inter ſe concordia vitæ eſt,*
*Inque vicem nunquam contaminata fides. &c.*

ἐν

ἐν τοῖς γάμοις ἐκκορὶ κορὶ) Verba hæc ἐκκορὶ κορὶ ita tranſtulimus, ut ἐκκορὶ verbum illud ſit, quod in nuptiis celebrandis acclamari ſoleret a Græcis, κορὶ autem dicat Autor in eo nomine cornicem ſignificare. Cæterum quid aliud hæc vox ἐκκορὶ ſignificet, inquirendum non eſt: præſertim quum dicat, Græcos verbum illud ἀγνοοῦντας uſurpare. Jungunt nonnulli has duas dictiones ἐκκορὶ κορὶ, caſque Latine verti poſſe *orna cornicem*, hoc eſt pudicitiam, dicunt. ἐκκορῶ Græcis interdum eſt *orno*, unde diceretur in imperativo ἐκκόρει. Ego ſimpliciter ἐκκορὶ verbum eſſe puto, quo Græci perpetuam concordiam in nuptiarum celebratione conjugibus optabant, ejus tamen nominis rationem ignorantes. [ Porro in M. S. pro κορώνιλω legitur κορώνη : ut in nuptiis acclamata fuiſſe verba illa intelligat ἐκκορὶ κορὶ κορώνη.]

κάνθαρον ζωγραφῶσι) De Scarabæo Plinius. *Lib.* 11. *Cap.* 28. Eraſmus fuſiſſime in Proverbio *Scarabæus aquilam quærit.*

ἐπειδὰν ὁ ἄρσεν) Ita & in Venetiano Codice legitur. Sed legendum, ut reſtituimus ὁ ἄρσλω, quis eſt, qui vel de limine tantum Muſas Græcanicas ſalutarit, qui non videat?

Pag. 16. αὐτὸς γὰρ ὑπὸ τῆ ἀπηλιώτη εἰς λίβα φέρει) Locum hunc non ſatis fideliter vertit vetus Interpres, ut qui ſententiam hanc de Sole intellexerit, cujus expreſſim nulla eſt facta mentio; cum & contextus ratio, & veritas ipſa ex Aſtrologorum petita fontibus, ſatis aperte commonſtret relativum αὐτὸς ad τὸ κόσμον, *mundum* referri debere. Quis enim neſcit inter Aſtrologos, cœlum illud quod primum mobile appellant, ſingulis diebus ab ortu in occaſum ra-

pidiſſime circumagi, Solem vero ac cætera ſidera adverſo motu ferri ab occidente in orientem? quod eleganter Ovidius *Metamorph. Secundo*, verſibus illis docuit:

*Adde, quod aſſidua rapitur vertigine cœlum,*
*Sideraque alta trahit, celerique volumine torquet.*
*Nitor in adverſum, nec me qui cætera vincit*
*Impetus, & rapido contrarius evehor orbi.*

Quod enim ab hoc Autore dictum eſt, ἀπὸ δὲ ἀπηλιώτου εἰς λίβα, & ἀπὸ λιβὸς εἰς ἀπηλιώτην, idem cum eo eſt, quod paulo ante dixerat, ἀπὸ ἀναλολῆς εἰς δύσιν, & ſimiliter ἀπὸ δύσεως εἰς ἀνατολήν. ἀπηλιώτης enim, qui Latinis Subſolanus dicitur, ut docet in *Meteorologicis* Ariſtoteles, & Gellius *Libri* 2. *Cap.* 22. ab ortu verno flat: λίψ, qui Latinis Africus, ab occaſu brumali. Adverſatur enim Vulturno, qui ab ortu ſpirat hyberno. Vide & Plinium de ventorum ratione pulchre diſſerentem *Libri* 18. *Cap.* 33. *&* 34. *&* *Lib.* 2. *Cap.* 46. *&* 47.

[ τῇ ἐννάτῃ ἢ ᾗ ἐγδόῃ.) Mendoſam hanc lectionem eſſe, ſatis apparet ex præcedentibus, & pro ἐγδόῃ ſubſtituendum εἰκοστῇ.]

ταύτῃ γὰρ τῳ̃ ἡμέραν) Sic & in Venetiano Exemplari legitur. Sed locum hunc ita potes emendare, ſi unicam adjicias literam, ταύτῳ γὰρ τῳ̃ ἡμέραν, vel potius, quod & meo quidem judicio aptius cum ſequentibus cohærebit, ταύτῃ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ &c. ut σύνοδον nomen ſit ſubſtantivum, & ſenſus ſit: Eo enim die exiſtimat coitum eſſe Lunæ & Solis, inſuperque mundi generationem, hoc eſt rerum quæ in mundo gignuntur, ortum ac productionem.

γενέσεις

γλύεσεις ἢ) Lego γλύεσιν, etsi Venetianus quoque Codex refragetur.

εἰσὶ ἢ ἢ καινθάρων ἰδέαι τρεῖς) Vide Plinium, qui & alia quædam videtur horum statuere genera.

τροχυλοειδὴς ἢ γίνεται) Legendum videtur τροχυλοειδεῖς ἢ γίνονται, nisi subitam numeri mutationem, Hebræo magis quam Græco sermoni familiarem, admittere libet. Sic & in Venetiano legitur. [Sed jam nihil dubium, quin ita sit immutanda hæc lectio ex fide M. S. Exemplaris.]

Pag. 18. ἐν Ηλίῳ πόλει) Ηλιόπολις, vel divisim Ηλίῳ πόλις urbs est Ægypti, hoc (ut Diodorus Siculus testatur) nomine ab Ægyptiis appellata, a Græcis vero Θῆβαι. Hæc centum portis clara fuit. Unde Juvenalis:

*Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.*

Et Homerus *Iliados I.*

——— ——— οὐδ' ὅσα Θήβας
Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται·
Αἵθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστῃ
Ανέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισιν ἢ ὄχεσφιν

Hesius ita reddidit:

*Aut etiam veteres Ægyptia mœnia Thebas,*
*Urbem divitiis celebrem, quam limina centum*
*Portarum claudunt, per quarum quamlibet unam*
*Agmina sæpe viri bello pulcherrima ducunt,*
*Curribus instructi rapidis, & equestribus armis.*

Ubi Homeri Interpres Θήβας Αἰγυπτίας exponens, τὰς in-

quit νῦν καλουμένας Διόσπολιν. Hanc eam esse credunt, quæ in Scripturis Sacris modo אך ON, modo איך AVEN, dicitur, *Genes.* 41. & 46. Item *Ezechielis* 30. Nam quæ בית שמש BETH SCHEMES, Hebræis dicitur, etsi nomen Solis præferat, longe tamen alia est: utpote quæ teste Josepho Græcis dicitur Scythopolis. Hæc in tribu Judæ erat, ut *Josuæ* 15. scribitur: etsi ejusdem nominis urbs & in tribu Naphtali & Isachar fuerit, quemadmodum docet Historia *Josuæ Cap.* 19. [Quanquam & hujus nominis urbem in Ægypto memorat Jeremias 43. *Cap.* Et hanc eam esse credunt, quæ *Isaiæ* 19. HIR HAHERES nominatur.]

δευτέρα δὲ γενεὰ, ἡ δίκερως) *In quodam*, inquit Plinius, *genere eorum grandi, cornua prælonga, bisulcis dentata forcipibus, in cacumine cum libuit ad morsum coeuntibus, &c.* Porro præter ea, quæ hoc loco noster Autor de mira Scarabæorum natura prodidit, ex Plinio adde & quæ sequuntur: *Scarabæum ex asinorum corpore exanimato nasci, sicut equorum vespas atque crabrones, & juvencorum apes; mutante natura ex aliis quædam in alia: Lib.* 11. *Cap.* 20. Eundem magnam Ægypti partem inter numina colere, quod Solis operum similitudo quædam, sicut & ex nostro Horo colligere est, huic animali sit: *Lib.* 30. *Cap.* 11. Scarabæum etiam visum exacuere: *Lib.* 29. *Cap. ultimo.* Sed hæc satis. Nam cætera diligens Lector assidua poterit lectione perscrutari.

καθὰ δὲ ἶβις) Hanc & Ægyptii inter numina sua habuere. Testis est Plinius *Lib.* 10. *Cap.* 28.

ἢ οὐρανίαν) Non ignoro Uraniam unam ex novem Musis esse; fuisse quoque hoc Veneris apud varias gentes Epitheton:

theton: Cæterum ego hoc loco ὀρανίαν nove interpretor, ut nihil amplius significet quam ὀρανόν. Hoc enim & infra admonet, quod scilicet Ægyptii ἄτοπον ἡγοῦνται ἀρσενικῶς δηλοῦν τὸν ὀρανόν. Ideo ὀρανίαν hic genere fœmineo Ægyptiorum more potius, quam ὀρανὸν masculino extulit. Observabis tamen interim, non eodem ordine rei hujusce rationem postea esse redditam, quo proposita fuerat. Nam id penultimo loco facit. Vide igitur, num rectius ἢ ὀρανίαν subnecteretur post ἢ Ηραν.

ἡ δὲ γένεσις αὐτῶν) De hac Plinius *Lib.* 10. *Cap.* 6. hunc in modum scribit: *Nidos nemo attigit. Ideo etiam fuere, qui putarent illos ex adverso orbe advolare, falso. Nidificant enim in excelsissimis rupibus.*

πρὸς βορέαν ανέλκον) Dictionem hanc vetus Interpres omisit. Debet autem meo judicio ad τὴν φύσιν referri, ut illæsum perstet indemneque ad Boream, vas genitale vulturis.

[ἄνελκον) Ne te hæc dictio torqueat, quæ me alias torsit: est enim ex M. S. legendum ἄνεμον, sicut & nos reposuimus. Paulo post ποθοῦσα, quod in Veteri Exemplari legitur, magis quadrat ad verbum præcedens ὀργύσῃ seu ὀργώσῃ.]

Pag. 20. ἃ ὑπὸ ἀνέμου συλλαμβάνονται) Locus hic corruptus est, & aliter a vetere Interprete lectus, quam a nobis legatur. Legebat ille cum negatione ἃ οὐχ ὑπὸ ἀνέμου συλλαμβάνονται. At nos nullam hoc loco negationem interjiciendam censemus, sed postea ubi dicitur, γυπῶν δὲ οὐχ ὑπηνέμιον &c. ut sit hujus loci hic sensus; quoddam esse vulturum genus, quod ex vento quidem concipiat, sed ova ad esum duntaxat, non etiam ad fœtum utilia, quæ

ὑπηνε-

ὑπηνέμια Græcis, quasi Latine subventanea dicuntur: At eos vultures, qui non coitu tantum utuntur subventaneo, & in quo ex vento nihil omnino concipiatur, ova hujuscemodi edere, quæ possint ζωογονεῖσθαι, hoc est vivificari ac fœtum producere. Quod si veteris Interpretis lectionem sequi malis, liberum est: sed omnino diversus erit sensus, aliud inquam esse vulturum genus, quod nequaquam ex vento concipiat, horumque ova esui solum, non item genituræ accommoda esse: At omnes illos vultures, qui ex vento comprimuntur & concipiunt, ova parere ad fœtum gignendum accommodatissima. Cæterum lectionem sententiamque nostram firmare videtur, quod ab Erasmo in Proverbio ὑπηνέμια τίκτει, id est, *subventanea parit*, scribitur; usurpari id Adagii de levibus frivolisque inventis, translatumque esse ab avibus, quæ Veneris imaginatione concipiunt ova, sed inania, & unde fœtus non gignatur, quæ Græci tum ὑπηνέμια, tum ζεφύρια dixerunt. Unde & apud Homerum *Iliad.* Δ'. ἀνεμώλια βάζεις, *vana ac frivola loqueris.* Ubi Homeri Interpres ἀνεμώλια exponit ἀνεμόφθορα ἢ ἀνέμοις ἐοικότα, τετέσιν ἀφανῆ. Et in *Libris Epigrammatum*, in illo Palladæ *Carmine*:

Ω γλῶ ἀνθρώπων ἀνεμώλιον αὐτοχόλωτον,
Μέχρι τέλες βιότε μηδὲν ἐπισάμενον.

Dicuntur etiam ἀνεμίδια & ἀνεμοφθόρητα. [Cæterum paulo alia lectio est in M. S. quæ sane haud scio an recipienda sit: Nam pro ἔστι δὲ ἢ ἄλλα γλῶ γυπῶν, illic legitur ὀρνέων γλῶ: & tum sequenti sententiæ non erit adjicienda negatio. Erit enim sensus: alia quidem esse avium genera, quæ

quæ ex vento concipiant, ſed quorum ova eſui tantum, non genituræ ſint accommoda: At vulturum ova, etſi ex vento concipiant, ad generandum valere.]

πρὸ ἡμερῶν ἑπτὰ) Plinius ſcribit, vultures triduo ante aut biduo volare, ubi cadavera futura ſunt. Unde Proverbialis Sententia, *Si vultur es, cadaver expecta.* Vide Eraſm. in Proverbio, *Vulturis umbra.*

ἑκατὸν γὰρ εἴκοσιν ἡμέρας ἔγγειον μένει) Verſionem noſtram in hunc locum ſi cum vetere Interprete conferas, cum, locum hunc aut aliter legiſſe, aut nequaquam intellexiſſe comperies. Nam cum trecentos ſexaginta quinque anni dies, in tres partes, hoc eſt, in ter centum viginti dies, ita Græcus Contextus dicat vulturem diſtribuere, ut centum quidem ac viginti diebus ἔγγειον, vel ut nos legimus ἔγκυον maneat, totidem diebus pullos nutriat, totidem ſe ipſe curet, reliquis quinque ex vento concipiat; Vetus Interpres centum ac viginti dies duobus primis membris aſcribit, poſtremo ducentos & quadraginta, quo & modo dierum anni numerus 360. completur, verum non ut in Contextu Græco diſtributi ſunt. Porro pro ἔγγειον lego ἔγκυον, quod mihi magis vulturis naturæ conſonum videtur; [atque ita etiam in M. S. legegebatur.] Enimvero illud animadverſione dignum, ubi in Contextu Græco legitur, τῶν δὲ λειπόσαις ἑκατὸν, minorem deſiderari numerum, ἢ εἴκοσι, qui & ſæpe prætermitti ſolet, & infra omittitur, ubi dicit ἐν τῷ ἑκατὸν ἡμέραις, ἐν αἷς τὰ ἑαυτῆς ἐκτρέφει τέκνα. At hoc loco, ut dierum anni numerus omni ex parte abſolutus ſit, neceſſario adſcribendun cenſuerim. [Cæterum in M. S. utrobique legitur ρκ', quo modo & nos reſtituimus.]

Pag. 22. ὅπερ ἐστι θηλείας ἔργον) Hoc ad vocem ipsam φύσεις, quæ fœminea est, referri debet.

Pag. 24. μηκύνω τὸν λόγον —— Αἰγύπτιοι) Desiderari in hac lacuna verbum δηλῶσι, aut aliud simile, vetus quoque sensit Interpres.

μήτηρ γάρ ἐστι θηλυκὴ ζώη) Potest ut vertimus intelligi, matrem sexus esse fœminei: Potest & de vulture accipi, quod mater sit fœminei animalis. Nunquam enim nisi fœminam vultur, qui & ipse fœmineus est, ex se procreat.

δράχμαι ἢ δύο) propter συνέπειαν superiorum, lego δραχμὰς ἢ δύο.

ἔστε ἀρσενικοῖς) Hic aliquid deesse videtur. Potest tamen sensus elici, etsi nonnulli ita hunc locum suppleant, ἔστε ἀρσενικοὶ ἀναγκαῖοι. [Sed sequamur lectionem M. S. Exemplaris, ubi ita legitur, ἔκτε ἀρσενικῇ ἢ θηλυκῇ ὑπάρχοντι, id est, *Ipsis enim videtur mundus ex mare & fœmina constare.* ]

ἀρσενενοθήλεις) Hoc ex Poëtarum Fabulis satis notum est, qui mollem effœminatumque deum Vulcanum, Pallada viripotentem & bellatricem deam statuunt.

Pag. 26. εἱμαρμένη ἢ) Lege εἱμαρμένην, ut præcedentibus & subsequentibus respondeat.

πέντε μόνοι ἐξ αὐτῶν κινούμενοι) Cur non potius septem omnes Planetæ? nisi forte ex hoc numero Saturnum & Martem, ut infesta graviaque sidera, eximi voluerunt.

κυνοκέφαλον ζωγραφῶσι) De Cynocephalo Plin. *Lib.* 8. *Cap.* 54. Unde colligere licet, animal esse Cynocephalum homini haud absimile, monstrisque annumerari, sicut & Satyros, Sphinges, similiaque apud Scriptores ce-

celebrata portentorum genera.

Pag. 28. ἑβδομήκοντα δύο χώρας) Hæc Climata appellant, a Poli inclinatione & elevatione.

ἢ ὀλιγωρίας τυγχάνοντες) Locum hunc corruptum alioqui, quod ad illas duas dictiones attinet, τυγχάνοντες & τέτοις, ita emenda, ut quod & orationis ipsa monet structura, pro τυγχάνοντες legas τυγχάνοντας, & pro τέτοις, τέτους.

καθ' ἑκάστην ἡμέραν νεοθήμονον) Dubitabamus antea, quomodo locus esset restituendus, ac ἐσθήμονον vel ἐσθιόμονον substituebamus: Sed jam plane locus erit restitutus, si ex Veteri legas νεηθήμονον.

ἢ χοινίον) Hoc nomine stilum appellat ex junicis concinnatum: χοῦς enim juncus est.

ἢ ἐγγράφει) Potest hoc referri vel ad Cynocephalum, ut nos vertimus, vel ad Sacerdotem, ut sit sensus: & ubi Sacerdos ex eo genere Cynocephalum esse perspexerit, quod literis addictum est, eum inter animalia sacra refert, & in ordinem sacrum cooptat. Id enim significatus sæpe habet verbum ἐγγράφειν.

ἐπὶ Ερμῇ ἐνεμήθη τῷ πάντων μετέχοντι γραμμάτων) Est enim Mercurius Orationis ac Eloquentiæ Præses, quem & Plato Ερμῆν quasi Εἰρέμιον, Deum scilicet qui dicendi rationem excogitaret, dictum vult. Unde olim apud Græcos in Foris, Ερμῆς Αγοραῖος.

ἀλλ' οὐδὲ ἰχθυώμενος ἄργον) Ita emendo, ἀλλ' οὐδὲ ἰχθυόμενος ἀργὸν, vel potius ἀργός: sed neque si piscibus alatur, quod tamen ejus naturæ repugnat, propterea ignavus est, aut inertiæ torporique deditus, quemadmodum Externi Sacerdotes. Ægyptios enim Sacerdotes sapientiæ studia

& optimas quasque artes magna coluiſſe diligentia, eminentiſſimi prodiderunt Autores, inter quos & Ariſtoteles circa initium τῶν μετὰ τὰ φυσικά. [In Veteri legitur ἰχνυώμενον λόγον, ut ſit ab ἰχθυάω.]

Pag. 30. χήματα) Hæc dictio in Venetiano quoque Exemplari aſcribitur, ſed longius a cæteris diſtans, quod oſtendit aliquid hoc loco deſiderari. [Verum in M. S. prorſus omittitur.

πῶς ἰσημερίας δύο) Græci dierum, Latini noctium rationem habuerunt. Unde factum eſt, ut quas Græci ἰσημερίας, Latini *æquinoctia* vocarint, cum vox Græca *æquidia* ſonet. Hæc contingunt Sole Æquatorem quem vocant Circulum perluſtrante, ſub Signis Ariete & Libra. Bis enim in anno noctes diebus æquantur, vere menſe Martio, & autumno menſe Septembri.

δωδεκάκις τὴν ἡμέραν καθ' ἑκάστην ὥραν ἄρξει) Atque hinc duodecim horarum origo fuiſſe creditur. *Quodam enim tempore Triſmegiſtus, cum eſſet in Ægypto, ſacrum quoddam animal Serapi dedicatum, quod in toto die duodecies urinam feciſſet, pari ſemper interpoſito tempore, per duodecim horas diem dimenſum eſſe conjecit, & exinde hic horarum numerus cuſtoditur. Alii dicunt ex quadratura cœli, quæ ſecundum Muſicam rationem in duodecim partes dicitur eſſe diviſa, horas duodecim eſſe nominatas. Aquam enim per totum diem exceperunt tenuiſſima caverna defluentem, & hanc Majores noſtri in duodecim partes diviſerunt; ex his partibus horis nomen impoſuerunt.* Hæc inſignis Rhetor Victorinus in luculentis illis *Commentariis*, quæ in *Rhetoricos Ciceronis* edidit. Quæ ideo huc ad verbum transferre viſum eſt, quod ad ſequentium intellectum faciant. Sacrum autem ani-

animal, noſtrum intelligit Cynocephalum.

Pag. 32. ἵνα ᾖ μὴ δύρύτερον) Corruptus eſt locus hic, & ita meo judicio reſtituendus, ut τὸ ὕδωρ, quod priori loco habes, expungatur, & pro καλασκιδιάσμαλα, unitatis numero καλασκιδίασμα legatur, ſic: ἵνα ᾖ μὴ δύρύτερον καλασκιδίασμα ὑπάρχῃ, δι' ὃ τὸ ὕδωρ &c. [Cæterum quod hic legimus διαφερόντες, in Veteri haud ſcio an rectius legitur διείραντες, *quaſi fibula trajicientes.*

κεφαλὼ γὰρ ἔχει μεγάλῳ) Caput habet Leo maximum, & fortiſſimum, ſi Plinio credimus *Lib.* 8. *Cap.* 36. Cæterum de Leonum natura ample apud Eundem, *ejuſdem Lib. Cap.* 16.

Pag. 34. κοιμώμενος ᾖ ἀνεῳγότας τούτους ἔχει) Patentibus dormit oculis, quod uno verbo κορυβαντιᾷν Græci dicunt, ut & autor eſt Plinius *Lib.* 11. *Cap.* 37.

Pag. 36. Αἰγυπτίοις νῦν, ἐμιλωδιθὲν ᾖ σημαίνει νέον) Et Νεῖλος quoque Græcis, autore Servio, dicitur ἀπὸ τὸ νέαν ἰλὺν ἕλκειν, quod novum ſecum limum fœcemque trahat.

τρεῖς ὑδρίας) Nunc ὑδρίαν fœminino, nunc ὑδρεῖον neutro dicit. Utrunque nomen vas denotat aquarium.

ὁ ἥλιος εἰς λέοντα γινόμενος) Idem teſtatur Plinius *Lib.* 18. *Cap.* 18. his verbis: *Nilus ibi coloni vice fungens, evagari incipit, ut diximus, a Solſtitio aut nova Luna, ac primo lente, deinde vehementius, quandiu in Leone Sol eſt. Mox pigreſcit in Virginem tranſgreſſo, atque in Libra reſidet*; & reliqua.

τὰς χολέδρας) Ego libentius κλεψύδρας legerim, aut certe modica immutatione facta χολύδρας: quo nomine canales innuantur, ἀπὸ τὸ ἐν αὐτοῖς ὡσανεὶ χολᾶν τὸ ὕδωρ, quod in illis videatur aqua germinare ac pullulare.

κατ' ὄχλῳ πλεονασμῷ ὑγρότητος) Potest expleri locus hic, si adjicias τῷ αὐτῷ σημείῳ χρῶνται: idem signum, Leonem inquam, adhibent, cum ob immodicam Nili inundationem preces fundunt. Exundat autem præter modum Nilus, si sedecim cubitos exuperaverit. Ut enim Ibidem inquit Plinius, *si duodecim cubitos non excessit, fames certa est, nec minus si sedecim exuperavit.*

τὸ —— ὁμοιοῦντες) Puto legendum τὸ Νέον ὁμοιοῦντες. Hoc enim ante dixit nomen esse Nilo apud Ægyptios; nisi mavis legere τὸ Νεῖλον. Quæ enim sequuntur, Nilo accommodantur. [At in Veteri legitur, τὸ μὲν ὑδρεῖον.]

ἡνέτειραν δὲ εἶναι) Forte quod in hac gustus sit, sine quo nullum esse animal tradit Aristoteles: cum tamen lingua carere testudinem marinam scribat Plin. *Lib.* 11. *Cap.* 37.

Pag. 38. τελέτον ἢ ὑπὲρ τὸ ὄμβρων) Vide de hac re Pomponium Melam.

Pag. 40. ὀνοκέφαλον) Quoddam animalis genus, cui ab asinino capite nomen est. Alii *asini caput* simpliciter exponunt.

πῶς φυλακτήριον) Amuletum Latini appellant, omne id scilicet, quod efficax est ad arcendum venenum ac discrimen: vocant & Græci ἀλεξιφάρμακον.

ἢ χωρὶς γραμμάτων) Hujusmodi fere sunt omnia hæc Ægyptiorum sacra Symbola & Cælaturæ.

ἄπλασον ἢ ἄνθρωπον) ἔμβρυον aut ἐμβρύωμα uno appellant nomine, fœtum nimirum adhuc imperfectum, qui etiamnum in utero est: βέβρυε ab Homero dici existimat ejusdem Interpres *Iliados* ψ'.

Pag. 42. τῷ μὲν ἑτέρῳ μέλι αὐτὸ βατράχῳ) Hoc eleganter declarat Ovidius *Metamorph.* 1.

*& eodem*

——— ——— *& eodem corpore ſæpe*
*Altera pars vivit, rudis eſt pars altera tellus.*

τὰ δὲ δευτερεῖα ἢ ταύτης τοῖς ὀφθαλμοῖς ) Nec immerito : cum nulla ex parte, ut ſcribit Plinius *Libri* 11. *Cap.* 37. majora ſint animi indicia, homini maxime. Voces autem ſunt τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθῶν σύμβολα, ut ſcribit Ariſtoteles in *Lib.* περὶ ἐμψυχίας.

Pag. 44 ἐκ τριακοσίων ἑξηκοντα πέντε ἡμερῶν & ἔτους ὑπάρχοντος) Ex trecentis ( ut ante dictum eſt) ſexaginta quinque diebus naturalibus, cum quadrante, id eſt, ſex horis, conflatur annus, quæ quotannis collectæ, quarto anno diem conſtituunt, ut venuſte Ovidius *Lib. Faſt.* 3. illo expreſſit *Diſticho :*

*Is decies ſenos ter centum & quinque diebus*
*Jungit, & e pleno tempora quarta die.*

[ σημεῖον ὡς παρεμπεποδισμένον ) *Indicatur eum lingua præpeditum.* Facilis lectio ex M. S. Nam quod antea legebatur, ὡς παρείπετο διαμένον, difficile poterat intelligi. Facile vero fuit ex παρεμπεποδισμένον, ignaro præſertim aut oſcitanti Scribæ, facere παρείπετο διαμένον. ]

[Pag. 46. τὰ τέκνα ἐξ ἡδονῶν ) M. S. τὰ δεκαὲξ ἡδονὴν, id eſt, quum enim voluptas, ut diximus, a ſexto decimo anno ſumat initium. Quæ Lectio eſt melior. ]

Pag. 48. πάντων δὲ ὑπιβαίνειν ) lego ὑπιβαίνῃ.

πολὺς ὀνομαθήτε ) ) Ita & in Venetiano legebatur, ſed quis non videt ὀνομαθήσε ) legendum? ubi Futurum pro Præterito Hebræorum forſan more uſurpatum, notabis, ſicut & infra ὁ λόγος ἀποδοθήσε ) : niſi utrobique mavis Aoriſtum :

riſtum ſubſtituere, ὠνομάσθη & ἀπεδόθη. [Cæterum hoc loco inter πολὺς & ὀνομασθήσεσθ ſpatium quoddam interjicitur in M. S. quaſi deſit verbum.]

ἐξὰ πεντακοσίων ἐτῶν) Plinius tradit annis ſexcentis ſexaginta vivere, *Libri* 10. *Cap.* 2. Ubi mirum ſane ejus deſcribit ortum: *Seneſcentem*, inquit, *caſia thuriſque ſurculis conſtituere nidum, replere odoribus & ſuper emori; ex oſſibus deinde & medullis ejus naſci primo ceu vermiculum; inde fieri pullum, principioque juſta funeri priori reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis urbem, & in ara ibi deponere.*

ἡλίῳ χαίρειν ὑπ' Αἰγυπτίων) Libentius legerim ἐπ' Αἰγυπτίων. Scribit & ibidem Plinius, ſacrum in Arabia Soli eſſe.

Pag. 50. ἡ ἶβις αὐτὸ καθ' αὐτὸ τῇ καρδίᾳ ἐσὶν ἐμφερής) Significat Ibi cor eſſe maximum, ut tota pene nihil aliud, quam cor eſſe videatur. [Pro ἐμφερὴς in M. S. legitur ἀμερὴς, quaſi cor Ibidis dividi non poſſit; quod non perinde placet.]

ἢ πέρας) Nonnulli *lineam* vel *punctum* exponunt: ſed malo *finem* vertere, cum huic ſenſui quadret optime ratio, quæ poſtea ſubjungitur.

Pag. 52. πᾶς ὁ ἔχων τ τροφὴ, μαθήσεται τὰ γράμματα, ἢ τὰ λοιπά) Unde Juvenalis:

> *Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat*
> *Res anguſta domi.*

Et illud Alciati Emblema:

> *Dextra tenet lapidem, manus altera ſuſtinet alas.*
> *Ut me pluma levat, &c.*

ἀμερὴς

ἀμβρὶς) Nomen eſt Ægyptium, quantum conjicere licet.

μαθὼν γράμματα εἰς ὅρμον ζωῆς εὔδιον ἐλήλυθεν) Nam juxta Senarium Proverbialem,

Διπλᾶν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα.

Et,

Βακτηρία γάρ ἐστι παιδεία βίᾳ.

Et in *Libro Epigrammatum*,

Ἡ δ' ἀρετὴ σαθερόν τι καὶ ἄτροπον, ἧς ὕπὸ μένης
Κύματα θαρσαλέως ποντοπόρῳ βιότῳ.

Pag. 56. προσιτέασι τῷ κυνὶ τῷ βασιλικῷ σολὴν παρακειμένῳ σχῆμα γυμνόν) Nec defuerunt, autore Plinio *Libri* 6. *Cap.* 30. qui canem pro rege haberent, motu ejus imperia augurantes. Cæterum ubi legitur σχῆμα γυμνὸν, malim dandi caſu legere, σχήματι γυμνῷ: niſi mavis dicere, pendere hunc accuſandi caſum a participio παρακειμένῳ ex vi præpoſitionis, ut ſæpe fit: Aut certe diſtingue poſt παρακειμένην, ut σχῆμα γυμνὸν per ſe intelligatur.

πῶς δηλᾶσιν ἁγνοίαν) Miror non advertiſſe veterem Interpretem, ἁγνοίαν, hoc eſt, *puritatem* legendum eſſe, non, ut ipſe vertit, *ignorantiam*, hoc eſt ἀγνοιαν, quod rationi, quæ ſubſequitur, non eſt conſonum. Quæ & cauſa fortaſſis eum impulit, ut pro dictione καθαρμός, quæ *purgationem* luſtrationemque ſignificat, *corruptionem* verterit.

Pag. 58. ἰχθίων ζωγραφῆσι) pro ἰχθίων etſi Venetiano Exemplari refragante, lego ἰχθύν. [Quam Lectionem firmat & Vetus Codex.]

κενοποιὸν γὰρ ἰχθὺς πᾶς) Non deſunt ex piſcibus, qui ha-

mum devorent, aut mordeant, atque esca spolient. Et omnino de astu piscium variis Locis Plinius *Lib.* 9.

καὶ ἀλληλοφάγον) De simultate piscium inter sese, Idem *Lib.* 9. *Cap. ultimo.*

ἅπαξ εἰς θήλειαν φύσιν καθεὶς τὸ ἑαυτοῦ) In tauris conceptionem uno initu peragi autor est idem Plin. *Lib.* 8. *Cap.* 45. quæ si forte pererrarit, vigesimo post die marem fœmina repetit. Hos non sæpius quam bis die inire, Idem attestatur.

Pag. 62 ὄρυγα ζωγραφῶσι) Orygem Plinius tradit animal esse unicorne ac bisulcum *Lib.* 11. *Cap.* 46 Hunc quidam dicunt contrario pilo & ad caput verso, vestiri, *Lib.* 8. *Cap* 53. De eodem, Caniculæ vim exponens *Lib.* 2. *Cap.* 40. ita scribit : *Orygem appellat Ægyptus feram, quam in exortu ejus contra stare, & contueri tradit, ac velut adorare, cum sternuerit.* [Cæterum nos ex M. S. Codice pro ὄρυγα repositimus ὄρτυγα, *coturnicem :* propterea quod infra huic animanti alas tribuat. Negocium tamen videtur facessere, quod anteriora crura nominat ; nisi anteriorem crurum aut pedum partem in coturnice intelligas. Facessit & illud, quod dicat huic animanti priscos Reges insedisse, quodque labia nominet.]

ζωγραφεῖ ἑαυτῷ τὰς κόρας) Pupillas oculorum ita depingit, eoque colore inficit, ut indignantis tristantisque habitu conspiciatur; aut certe humi oculos defigens, velut eos pingere pulveri imprimens videtur.

ὡς λίνων γνωμόνων) γνώμων *norma* a Valla verti solet: stylus, ex cujus umbra horarum sumitur indicium.

τοῦτο μόνον τῶν πλωῶν) Mirum sane est, quod hoc loco Orygem inter volatilia annumeret, quod a nemine, quod sciam

ſciam, eſt proditum. Itaque totum hunc locum corruptum exiſtimarim. Nec qua ratione poſſit reſtitui ſuccurrit, niſi forte pro τῶ πλωῶν legimus τῶ θηρῶν.

[τῶτο μόιον τῶ πλωῶν) Hoc Orygi accommodari non poterat: propterea commodum occurrit Vetus Exemplar, quod nobis totum hunc eximeret ſcrupulum. Cæterum antea poſt ἐπειδὴ dictio una deſiderabatur, quam ex Veteti Codice contextui inſeruimus, ἀντιδικίαν.]

Pag. 64. ὁ μῦς τὸν καθαιρώτατον αὐτῶν ἐκλεξάμενος) Hoc idem Plin. *Lib.* 8. *Cap.* 37. de muribus Ponticis tradit, *quorum*, inquiens, *palatum in guſtu ſagaciſſimum* Autores quonam modo intellexerint, miror.

μύρμηκα ζωγραφῶσι) Miram formicarum induſtriam, & ingenium vide apud Plin. *Lib.* 11. *Cap.* 30.

Pag. 66. χηναλώπηκα) Chenalopeces, quaſi Latine vulpanſeres dicas, in anſerum genere connumerat Plin. *Lib.* 10. *Cap.* 22. [Quod hic legebatur συμβάλλειν, recte ex Veteri Exemplari eſt immutatum in σεβάζειν.]

Pag. 68. Εὐχαριστίαν χράφοντες, κυκνὸν ζωγραφῶσι) Nomen hoc peregrinum eſſe ac barbarum ſatis apparet. Cæterum hanc eſſe eam avem exiſtimo, quam Græci πελαργὸν, Latini Ciconiam appellant. *Ciconiæ*, inquit Plin. *Lib.* 10. *Cap.* 23. *nidos eoſdem repetunt, genitricum ſenectam invicem educant.* Unde & factum eſt verbum ἀνθιπελαργεῖν, pro eo quod eſt promerentibus gratiam in tempore referre. Cujus rei rationem totam Suidas diligenter his verbis explicat: quæ ideo adſcribere viſum eſt, quod his & Ciconiæ & Hippopotami, de quo proximo Capite, naturæ aperte ac eleganter exprimuntur. Ἀνθιπελαργεῖν, ἀνθιδιδόναι τὰς χάριτας. λέγεται δὲ, τὸς πελαργὸς γεγηραικότας τὸς γονεῖς τρέφειν. Ari-

σοτέλης δέ φησι τ περὶ τ πελαργῶν λόγον ἀληθῆ· ὁμοίως ὴ αὐτοῖς φησὶ ποιεῖν κὴ τὰς ἀερόποδας. διὸ ἐν τοῖς σκήπτροις ἀνωτέρω μὴν πελαργὸν τυπτοῦσι, κατωτέρω ὴ ἱπποπόταμον· δηλοῦντες, ὡς ὑποτέτακται ἡ βία τῇ δικαιοπραγίᾳ. οἱ δὲ πελαργοὶ δικαιοπραγεῖς ὄντες, διὰ τ πτερύγων βασάζουσι τὰς γεγηρακότας γονεῖς· οἱ ὴ ἱπποπόταμοι, ζῶον ἀδικώτατον. Est in hanc rem Alciati Emblema:

*Aërio insignis pietate Ciconia nido. &c.*

Pag. 70. ἱπποποτάμᾳ ὄνυχας) Hippopotamum describit Plinius *Lib.* 8. *Capite* 25.

πελειοειδῶν ζωγραφοῦσι) De Columbis Plin. *Lib.* 10. *Cap.* 34.

Pag. 72. Βασιλέα ὴ κάκιστον) Antequam in Venetianum Exemplar incidissem, quoniam in Exemplari nostro legebatur κάκιστον, legendum credebam κράτιστον, *potentissimum:* cui sane lectioni quadrat optime id quod subnectitur, αἰνιττόμενοι γεγράφειν τ βασιλέα ἓ κόσμου κρατεῖν.

Pag. 74. παρ' αὐτῷ -- ἐν τῷ κόσμῳ) Lacunam hanc replendam existimo interjecto verbo κυβερνᾶται aut ὑπάρχει, ut intelligatur, ab eo non secus regi mundum, ac domum regiam, quæ in orbis ambitu utique continetur.

Pag. 76. ὁκ τ ἓ μέλιτ@ -- ὁκ τ ἓ κέντρε) Lacunas hujus sententiæ ita replendas existimo, ut legas, ὁκ τ ἓ μέλιτ@ χρησότητ@ κὴ ὁκ τ ἓ κέντρε ἓ ζώε δυνάμεως, βασιλεία χρησὸν ἅμα κὴ δότονον εἶναι πρὸς διοίκησιν.

Pag. 78. κροκόδειλον ζωγραφοῦσι) De quo Plinius *Lib.* 8. *Cap.* 25.

Pag. 80. αὐτότοκον κὴ κατωφερὲς) αὐτότοκον, *per se ac facile pariens.* Nam & paulo ante πελαγόνιον esse dixit. κατωφερὲς expositi, *in Venerem pronum.* Significat & hoc nomen *in humum deflexum ac despiciens.*

## IN LIBRUM SECUNDUM.

Pag. 82. Καὶ ἀετὸν νεοσσὸν) νεοσσὸς lego, & ubi in Venetiano paulo poſt κυκλοηδὸν legebatur, lego κυκλοειδὲς. Cæterum exiſtimo Libri hujus initia mutila eſſe, ex eo potiſſimum, quod cum cæterorum rationem diligentiſſime attulerit, in his rationem ſubticuerit, idque ad illud uſque Caput, cujus eſt Titulus, τί δηλοῦσι χειλιδόνα γράφοντες. Niſi forte horum omnium rationes prætermittendas Autor ipſe cenſuit, quod vel omnino ignotæ eſſent, vel quod potius credendum ſit, quod apud Ægyptios vulgo notiſſimæ eſſent.

Pag. 84. Δύο πόδες συνηγόμφοι) Lego vel συνηγμφόι, vel συνημμφόι, aut ſi libet συναγόμενοι. Progreſſus ſiquidem Sol ad ultimum punctum Cancri vel Capricorni, jam ibi defixus ſubſiſtere videtur, quod non ultra, Auſtrum vel Aquilonem verſus progrediatur, ſed incipiat vel a nobis abſcedere, vel ad nos rurſum propius accedere. Græci converſionis Solis rationem habentes, τροπὰς χειμερινὰς καὶ θερινὰς dixere, quæ Latini *hyberna æſtivaque ſolſtitia*, nomine ex ejuſdem ſtatione deſumto, quod ibi ſtare videatur.

Αἰδοῖον χειρὶ κρατούμενον) Unde & legimus quondam extitiſſe Philoſophum, qui in ſomno manum alteram ori, alteram pudendis admoveret; innuens nimirum hæc duo eſſe in homine membra, quæ moderamine egeant frenatuque difficillima ſint.

Pag. 86. Ἀνθὴ ἢ ἀνεμώνης) De Anemone papaveris genere vide abunde Plin. *Lib.* 21. *Cap.* 23. & Eraſmum in Proverbio Ῥόδον ἀνεμώνη συγκρίνεις. Inſuperque Medicos, præcipue Dioſcoridem *Lib.* 2. *Cap.* 207.

Pag. 88. γυναῖκα ἔγγυον) Vide num ἔγκυον legi possit, & quod post sequitur σημαίνῃ, structuræ sensusque ratio postulet, ut in ζωγραφῶσι commutetur.

οἷον πλέυγας ἔχων) ἔχοντα legendum existimo, quod & oratio satis indicat.

Pag. 90. ὥραν δηλοῖ) Potest & per *horam*, & per *anni pulcherrimam partem* verti. Sed cum ratio hujus ex Autore non appareat, fit ut non satis assequamur, utro hic modo sumi debeat.

Pag. 92. ὡς ἥβην —— ἢ ἀέρα) Et hic locus mutilus est, nec restitutu facilis, nisi dictionem ἢ ἀέρα, ut supervacuam, expungas.

Pag. 94. Πράγματα ἑπτά) Malim cum veteri Interprete legere γράμματα. Sed & hujus rationem rei ignoramus.

Pag. 96. ἰχνεύμονα ζωγραφῶσιν) De Ichneumone Plinius *Lib.* 8. *Cap.* 24.

ὀρίγανον ἱερογλυφῶσι) Herba est sic dicta, quod montibus gaudeat, vel, ut Aliis placet, quod visum acuat. De hac & variis ejus generibus Plin. *Lib.* 20. *Cap.* 17. Hæc & cunila dicitur: Autor Dioscorides, quem vide *Lib.* 3. *Cap.* 32.

Pag. 98. ἐκσείζοντα) Verti cum vetere Interprete, *caudæ flagellantem:* significat proprie hæc dictio idem, quod ἐκ τῆς σοᾶς ἐκβάλλοντα, quasi a porticu & antro suo pellentem.

Pag. 102. διὰ τῦτο σεῖρά ἐσι) De hac re vide Plin. *Lib.* 8. *Cap.* 44.

ταῦρον ὅπὶ τὰ ἀριστερά) Idem Plin. *ejusdem Lib. Cap.* 45.

Pag. 106. ἀετὸν λίθον βασάζοντα) De aquilis Plin. *Lib.* 10. *Cap.* 3.

ὠτί-

ὠτίδα) Avem hanc dictam putat Plin. quod sit *auribus plumeis eminentibus*, quam describit *Lib.* 10. *Cap.* 22. & 23.

Pag. 110. ῥήσσει ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ὀπὴν &c.) Pro ῥήσσει legunt Nonnulli ῥίπτει, sic & pro ῥήγματος, ῥίμματος, & pro ὀπὴν, κοπὴν: quam lectionem non improbo.

Pag. 112 στόμα στόματι ἐμβάλλει) *Viperæ mas*, inquit Plin. *Lib.* 10. *Cap.* 62. *caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine.*

Pag. 114. αὕτη γὰρ ἐν τῇ —— οὐ τίκτει) Videtur deesse ἐν τῇ φυσικῇ τάξει, *naturali ordine ac ratione*, aut simile quippiam.

σαλαμάνδραν ζωγραφοῦσιν) De hac Plin. *Lib.* 10. *Cap.* 66.

Pag. 116. ἀσπάλακα ζωγραφοῦσι) Talpis visum non esse, oculorum tamen inesse effigiem, si quis prætentam detrahat membranam, autor Plin. *Lib* 11. *Cap.* 37.

Pag. 122. ἄνθρωπον διανθέντα) ἀπὸ τοῦ διαίνειν, quod verbum interdum ἐξαπατᾶν, *decipere* & *circumvenire* notat.

Pag. 128. φαγόντα κόνυζαν) De qua Dioscorides *Lib.* 3. *Cap.* 136.

Pag. 130. ἄρκτον ἐγκυμονοῦσαν) Plin. *Lib.* 8. *Cap.* 36.

Pag. 132. ἐλέφαντα καὶ κριὸν) Vetus Interpres pro ἐλέφαντα legebat ἔλαφον, sicut & paulo post, ubi de dentibus Elephanti fit mentio.

Pag. 136. ἀδίαντον τὴν βοτάνην) Ea est, quæ vulgo capillus Veneris dicitur, inde nomen nacta, quod folium ejus aqua perfusum οὐ διαίνει, *non madeat*, sicco semper simile. De hac Dioscorides *Lib.* 4. *Cap.* 136.

Pag. 142. διὸ καὶ κάμηρος λέγει) Quidam legunt κάμμηρος, quod in idem recidit, ἀπὸ τοῦ κάμπτειν τὸ μηρόν.

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο) Homerus

rus *Iliados α.* Verba sunt Achillis Agamemnoni convician-tis. Hessus ita vertit:

*Ebrie, victe mero, vultu distorte canino,*
*Qui trepidum pavidi cor habes timidissime cervi.*

Pag. 148. λάμειαν ἔχοντα] Lego λαίμειαν, ἀντὶ τῆς λαιμαργίαν.

Pag. 152. σφυρίον πυγίτλω] De hoc Passerum genere vide apud Paulum Æginetam *Lib.* 1.

Pag. 154. στρουθοκαμήλε πτερὸν] De Struthocamelo, quæ avium maxima est, Plinius *initio statim Libri* 10.

*ATque hic nostrarum Observationum finis sit. Quas (etsi non ipsis omnia, quæ in hoc Autore mutila erant, loca restituimus) eo tamen nomine, boni, Lector, consules; quod non totum Librum Primum Vetus Exemplar, a doctissimo & diligentissimo homine, Guil. Morelio, nobis oblatum, habuerit: & Venetianum Exemplar, unde hæc transscripta sunt, multis scatebat mendis; atque haud scio an paucioribus, quam jam a multis annis hic Typis mandatum fuerat. Tu interim bene vale, & his fruere.*

DA-

# DAVIDIS HOESCHELII AVGVSTANI NOTÆ AD HORAPOLLINIS HIEROGLYPHICA.

# DAVIDIS HOESCHELII AVGVSTANI

# NOTÆ

## AD

## HORAPOLLINIS HIEROGLYPHICA.

ΩΡΑΠΟΛΛΩΝΟΣ] Ita Liber Aug. calamo diligenter exaratus. Videtur is, cujus vita apud Suidam extat: isti enim Libelli ad Τεμφυικὰ referri possunt. Alium puto fuisse Horapollinem Ægyptium sub Zenone Imp. cujus etiam Suidas meminit; quamvis locus est lacunosus. Chæremonem & Hermapionem quoque hoc argumentum attigisse, ex Eusebii *Libro* 3. *Præp. Evang.* e Suidæ *Collectaneis*, & Ammiani Marcellini *Lib.* 17. cognoscimus; Hermatelem, ex Tertulliano de *Spectaculis*: quanquam id nomen Libri M. S. multis modis variant. Quod porro Quidam Ωρς Απόλλωνος scribunt, quo etiam modo in Apographo Indicis Libror. M. S. Bibliothecæ Vaticanæ legitur; id vel Etymologiæ ratione, vel quod sit ἐκ διπλογραφεμφύων, fieri dicamus. *Horapulum*, elegans M. S. quem Justus Poghinus Gallus olim J. Scheckio JC. amico nostro ostendit, in frontispicio & fine constanter nominat, sive id recentium Græcorum more, qui pro *Moscho* dicunt *Moschopulus*, seu corrupte, pro Horapolline.

ΙΕΡΟΓΛΥΦΙΚΑ] Scil. γεγράμματα: quæ Αἰγυπτιακὰ vocat Diod. Sicul. *Libro I.* Αἰθιοπικὰ & ἱερὰ *Lib.* 3. opponitque τοῖς δημώδεσι, quæ δημοτικὰ Herodoto *Euterpe*. De his Pli-

nius *Lib.* 36. *Cap.* 8. *Etenim ſcalpturæ illæ, effigiesque, quas videmus, Ægyptiæ ſunt literæ.* σημεῖα τινα καὶ χαρακτῆρες, Lucian. *Hermotimo*: quam inde τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν appellat Philo, Clem. Alex. μυστικὴν, & τὴν Αἰγυπτίων θεολογίαν Plut. Vide & C. Tacit. *Lib.* 11. Amm. Marcell. *Lib.* 17. De Symbolo autem Crucis Hieroglyphico, Socratem *Eccleſ. Hiſt Lib.* 5. *Cap.* 17. & G. Cedreni *Annal.*

Cap. 1. πῶς αἰῶνα] Facile aſſentior conjecturæ Nobiliſſ. Viri & προσφώνησιν hic deeſſe, quum Secundi Libri Prooemium eam Lectoribus ſuſpicionem moveat: & Paraphraſin potius, quam nudam Interpretationem, Philippi illius videri poſſe; quum aliena fide, σημαίνουσι, non σημαίνομεν, omnia recitentur. Verſus etiam Homeri, *Lib.* 2. *Cap.* 101. adferatur.

ὄφιν] Cyrillus *Lib.* 9. *contra Julianum* ait; Ægyptios fingere ſerpentem in figuram temporis.

τριῶν γενῶν ὄφεων] Varia ſerpentum genera *Libro ad Piſonem de Theriaca*, commemorat Galenus; ac de Baſiliſco quidem hæc: ὁ μὲν γὰρ βασιλίσκος (ἔστι γὰρ τὸ θηρίον ὑπόξανθον, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τρεῖς ὑπεροχὰς ἔχον) ὥς φασιν, ὅτι καὶ ὁραθεὶς μόνον, καὶ συρίττων ἀκουσθεὶς, ἀναιρεῖ τοὺς ἀκούσαντας καὶ τοὺς ἰδόντας αὐτὸν· καὶ ὅτι τῶν ἄλλων ζώων, εἴ τι καὶ ἅψαιτο τοῦ ζώου ἀνῃρημένου, καὶ αὐτὸ τελευτᾷ εὐθέως, καὶ διὰ τοῦτο πᾶν αὐτοῦ τὸ γένος τῶν ἄλλων θηρίων ἐγγὺς εἶναι φυλάττεται. Ibidem (ut hoc obiter oſtendam) ancillæ Cleopatræ Νάειρα & Καρμιόνη (Χαρμιόνη Glycas) dicuntur, quæ Plutarcho Εἰρᾶς (γράφ. καὶ Εἴρας) καὶ Χάρμιον.

Cap. 2. ὄφιν ζωγραφοῦσι] Cyrillus *L. eod.* Aſpidem, in figuram cœli: quod in circulum feratur. Sunt, qui anni Symbolum faciant: vide Hier. Wolfium, in *Somnium Scipionis.*

τὸ γῆ-

τὸ γῆρας ] τὸ σῦφας, Lucian. *Hermot.* Sic Aristoph. γεραιῶ μᾶλλον, ἢ τὸ γῆρας ἀφεὶς: Suid. ἀπὸ δὲ ἐάσας· ἢ μελαφορᾷ ἀπὸ τῶν ὄφεων, τῶν ἐνδυόμενων τὸ γῆρας. Vide Aristot. 8. *Hist. Animal.* 17. Theocriti *Aram.* Ælian. *Lib.* 9. *de Animal. Cap.* 16. Nicandri *Theriaca.* Plin. *Lib.* 8. *Cap.* 27. & *Lib.* 20. *C.* 23. Virg. 3. *Georg.* 2 *Æneid.* Nonn. *Dionys. Lib.* 41. Serpentem inde Symbolum Medicinæ dixerunt. Ut enim ille fœniculi gustatu senectam exuit, oculorumque aciem succo ejus reficit; ita ægroti, ope artis Medicæ, morbos depellunt; Theodor. *Lib.* 1. *Therapeut.*

ἡ μείωσιν εἰς αὐτὸν λαμβάνειν ] Quod Simplicius, εἰς τὰς ἰδίας ὁλότητας reverti, dixit: Epicharmus, ᾗ ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν, πάλιν. γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω. Similia apud Philon. & Eurip.

ἐνιαύσιος χρόνος ] περιπλόμενος, ἢ περιπλόμενος ἐνιαυτὸς, Hom: περὶ τὸ ἴσον εἰς ἑαυτόν. *Annus vertens, est natura, dum Sol, percurrens duodecim Signa, eodem, unde profectus est, redit:* Censorinus. Herodot. *Lib.* 1.

Cap. 3. Ἀστρονόων ] Hæc lectio M. S. Cod. Aug. vera est: is est ἀστρωνόων: τὸ κατ' ἐρανὸν ἄστρον Cl. Alex: intelligitur Canis, quæ & Canicula, Sirius. Plut. *Lib. de Iside:* λέγουσιν οἱ ἱερεῖς, καλεῖσθαι Κύνα μὲν ἢ Ισιδος ὑφ' Ελλήνων, ὑπ' Αἰγυπτίων δὲ Σῶθιν (pro quo alibi, apud Eundem, Σώθιν legitur) &, τὸν ἄστρων τὸν Σείριον, Ισιδος νομίζουσιν. Homerus, ἅλιος ἀστὴρ *Iliad.* λ'. ὁ δ' ἠριγένης κύων, Lucian. de quo Didymus ad *Lib. Iliad.* χ'. Nonn. *Dionys. Lib.* 47. Sirius aliquando pro Sole accipitur, Diod. Sicul. *Lib.* 1. Plut. *de Iside.*

Cap. 4. πενθεκαίδεκα μοιρῶν ὑπαύσασαν ] Sc. σελήνην: quindecim gradibus confectis; id est quando ☽ quindecim partibus a ☉ recessit, post ☌ tendens ad ☍: tum enim ὑπανγος esse

desinit, & fit orientalis a Sole, secundum Astrologos. Ptolem. *Lib.* 4 τετραβίβλ., *Cap.* περὶ συναρμογῶν. Theon in *Arati Phœnom.* Plin. *Lib.* 2. *Cap.* 14. Interpretatio illa, quæ ιε'. μοίρας pro 15. diebus accipit, locum habere non potest: quia tum Luna Soli opponitur, & plenum lumen nobis obvertit: tantum abest, ut corniculata appareat. De hoc Horapollinis loco, quidam Vir Doctissimus, sic ad me: Proponit Autor distantiam 15. partium, id est, graduum, non quod in illo positu duntaxat ☽ cornua sursum tendat; nam revera quum primum illa unico gradu a ☉ is conjunctione discedit, statim respectu nostri cornua erigere incipit, etiamsi nondum appareat. Sed dum 30. diebus completis, ait, ☽ deorsum inflexa gerere cornua; cum vulgo loquitur, quod integro mensi 30. dies tribuere consuevit. (Vide infra *Cap.* 66.) Supponit autem Solem in eodem positu, quo supra, id est, in Occidente, & Lunam ejus conjunctionem appetentem: tunc enim ☽ antequam ☉i in eodem longitudinis puncto jungitur, cornua sua deorsum inflectit.

Cap. 5. τριακοσίων ξέ. ἡμερῶν ] Plin. *L.* 18. *Cap.* 25. & *L.* 34. *C.* 7. Janum geminum a Numa rege dicatum scribit, qui pacis bellique argumento colatur, digitis ita figuratis, ut CCCLXV. dierum nota, per significationem anni, temporis & ævi se Deum indicaret. Jani simulachrum olim etiam ita effingebatur, ut dextra τ, sinistra vero ξέ, literas præferret: quo itidem numerus dierum anni exprimitur. Vide Suid. in *Dictione* χρονος. Plut. in *Placitis Philosoph.* & Censorin. *de Die Natali*, *Cap.* 6. 7.

Cap. 6. εἴδωλον ἡλίκ ] Clem. Al. *Strom.* 5. ὁ δ' ἑξαὴξ, σύμβολον ἡλίκ. πυρώδης γὰρ ἡ ἀναιρετικὸς. ἀνάλογα τὰς λοιμικὰς νόσους ἡλίῳ ἀνάλ-

ναλιθέασιν. Euſtath. ά. Iliad. ἱέραξ δ' ἱέρωται ἡλίῳ Ἀπόλλωνι, διά τε τὸ ὀξὺ (Diod. S. *Lib.* 3.) τῆς κινήσεως, καὶ διὰ τὴν ἐξ ἐτυμολογίας συγγένειαν. καὶ γὰρ ἵεται ῥᾷον ὁ ἥλιος.

ὀξυωπῶν] Ælian. *Lib.* 10. *de Animal. Cap.* 14.

πολυχρόνιον] Ad annos uſque 700. Idem: quod in dubium tamen vocat.

ὑπτιάσας] ὡς ἐξ ὑπτίας νέων, Ibid.

αἷμα] σαρκῶν δὲ ἥδεται βορᾷ, καὶ πίνει αἷμα, καὶ τὰ νεόττια ἐκτρέφει τοῖς αὐτοῖς, Ælian.

Cap. 7. ψυχῆς περίβολος] Cor, mentis quædam ſedes eſt; in eo enim creditur eſſe animi virtus principalis: Gr. Nyſſ. *Hom.* 1. *in Paſcha.* Hippocr. *Lib.* περὶ καρδίης, ubi & de animi nutrimento. at Philo περὶ ὀνείρων, Cl. Al. *Str.* 5. & Galenus Libro, ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη τῶν τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεται, cerebrum animi domicilium dicunt. vide Theodoreti *Serm.* 5. *ad Græc. Infid.*

Cap. 8. ἐκκορὶ, κορὶ] Scholiaſtes Pindari, locum adfert ex Æſcyli *Danaidibus*, quo idem innuitur;

Κἄπειτα δ' εἶσι λαμπρὸν ἡλίου φάος·
Εως ἐγείρω πρευμενεῖς νυμφίους,
Νόμοισι θέντων, σὺν κόροις τὲ καὶ κόραις
Κἀν τῷ βίῳ * ἀκορεῖ —— * ἴσ. ἐκκόρει.

ἀντὶ τοῦ, κόρας κορώνας. παροτρύνοντες δ' ἔνιοί φασιν, ἐκκορεῖ κόρους κορώνας. Quibus verbis an mendum ſubſit, vide. velut Ibid. αἰσχύνην mendoſe legitur, pro αἰσχύνων, τὸ εὐτελίζων. De eodem ritu, Æliani verba *Lib.* 3. *Cap.* 9. *de Animal.* ſunt hæc: *In nuptiis olim Veteres, audio, poſt Hymenæum Cornicem invocare ſolitos fuiſſe; Hocque Concordiæ ſignum dare iis, qui liberûm quærendorum gratia, conveniſſent.* Eandem por-

ro

ro continentiæ laudem cornicibus, quam Autor noſter, tribuit Naz. *Paræneſi ad Virg.* Plutarch. *Gryllo* & Ælian. κορῶναι (inquit hic) ἀλλήλαις εἰσὶ πιστόταται. καὶ ὅταν εἰς κοινωνίαν συνέλθωσι, πάνυ σφόδρα ἀγαπῶσι σφᾶς· καὶ ἐκ ἂν ἴδοι τις μιγνυμένας ταῦτα τὰ ζῶα ἀνέδην, καὶ ὡς ἔτυχε. λέγουσι δή τινες καὶ τὰ περὶ τούτων ἀκηκοέναι, καὶ ὅτι ὑποθάνοι τὸ ἕτερον, τὸ λοιπὸν χηρεύει. Idem de turture ſcribit Baſil. M. *Homil.* 8. *in Hexaëm.* Clem. Al. *Strom.* 2. Naz. *Car. ad Virg. Paræneticō.*

μιᾷ κορώνῃ] Non alienum ab hoc loco, quod Ibidem legitur: εἴτε ἕδρας καὶ πτήσεις ὀρνίθων παραφυλάττοιτες, ἐκ ὀλίγου συμβολὴν εἰς μαντείαν ὀττεύσειν εἶναί φασιν, εἰ ὑπακούσοιτο κορώνη μία.

Cap. 10. ἀντογλυὲς] ὁ κάνθαρος, ἄθηλυ ζῶόν ἐστιν, &c. Ælian. *Lib.* 10. *Cap.* 15. Plut. *Lib. de Iſide* duobus in Locis. Iidem, Scarabæum viris bellicoſis ſculpturam annuli fuiſſe, inquiunt: quod maribus prorſus univerſis pro patria pugnandum ſit. Ammian. Marcell. *Lib.* 17. *per vulturem naturæ vocabulum pandunt: quia mares nullos poſſe inter has alites inveniri, rationes memorant Phyſicæ.*

Βοὸς] ὕνα, ſecundum Suidam; qui, idem vocabuli Etymo confirmat. Vide etiam locum Plinii, e *Lib.* 11. *Cap.* 20.

σφαιροειδὲς] Præter Plut. & Ælianum, niſi quod locus apud illum mendoſus, Euſeb. *Lib.* 3. *Evang. Præparat.* idem adfert e Libro Porphyrii περὶ τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς, ubi Ægyptios, etiam Cantharum ſive Scarabæum, tanquam vivam Solis imaginem, coluiſſe ſcribit: Αἰγύπτιοι δὲ ἐσέφθησαν, ὡς εἰκόνα ἡλίου ἔμψυχον.

αἴλουρον] Gell. *Lib.* 20. *Cap.* 8. Ælurorum oculos ad Lunæ vices (inquit) aut ampliores fieri, aut minores. Illud,

ἐν

ἐν παυσελήνῳ ; hoc, ἐν τῇ μειώσει τῆς ἄρκτου, Plut. Similia de Cercope, *Annal. Lib. I.* apud M. Glycam. de Ibide, quæ interlunii tempore cæca ; & de muſtela, cujus hepar cum Luna variatur, Plut. *Lib.* 4. *Sympoſ. Q.* 5.

δέκα τε τριακονταήμερον ] Herodot. Cleio, Αἰγύπτιοι δὲ τριακοντημέρους ἀγοντες τοὺς δυώδεκα μῆνας, ἐπάγουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος πέντε ἡμέρας, παρεξ τοῦ ἀριθμοῦ. Vide Diod. Sicul. *Lib. I.*

ἴδεις ] ἢ τῷ Ερμῇ δέ φασι, τῷ πατρὶ τῶν λόγων, φιλεῖ) : Aelianus *Lib.* 10. *de Animal. Cap.* 29.

Cap. 11. πρὸς βορέαν ) Plutarch. *Rom. Quæſt.* 93. Θῆλυ πᾶν τὸ γῦπός ἐστι, καὶ κυΐσκον) δεχόμενοι τὴν ἀπηλιώτην, ὥσπερ τὰ δένδρα τὸν ζέφυρον, *Aegyptii perhibent, totum vulturum genus eſſe fœmininum, & concipere Subſolani flatu excepto, ſicut arbores Favonii admiſſo ſpiritu.* Aelian. *Lib.* 2. *Cap.* 46. *Vulturem non naſci marem ajunt : quam rem non ignorantes hæ beſtiæ, pullorumque ſolitudinem ac inopiam timentes, ad gignendos pullos talia machinantur : adverſæ Auſtro volant, qui ſi non ſpirat, ad Eurum ventum oris hiatu ſe pandunt ; ſpiritus venti influens, ipſas implet.* Vide Baſil. M. *Homil.* 8. *in Hexaëm.* Mich. Glyc. *Annal. Lib. I.*

ἡ γύψ ] ὁ γὺψ, maſculino genere, utuntur alii Scriptores, *Levit.* 11. *Deut.* 14. *Job.* 39. Baſil. M. *Homil. ead.* Ariſtot. 6. *Hiſt. Animal.* 5. Plut. Lucian. Xiph. &c.

αὐτὸ μόνον ] *duntaxat :* ita loquitur Lucian. *Somnio.* & Philo paſſim.

ἔστι δὲ καὶ ἄλλα γένη ὀρνέων ] Ita malim cum Aug. Cod. legere, quam cum Interpretibus γυπῶν : quamquam non ſim neſcius, Ariſtotelem duo vulturum genera facere, 8. *Hiſt. Animal.* 3. τῶν δὲ γυπῶν (inquit) δύο ἐστὶν εἴδη· ὁ μὲν μικρὸς καὶ ἐκλευκότερος· ὁ δὲ μείζων καὶ σποδοειδέστερος. Plin. *Lib.*

10. *Cap.* 6. *Vulturum prævalent nigri.* Cæterum aves cohortales quoque vento concipere, autor eſt Columella, *Lib.* 6. *Cap.* 27. Plinius *Lib.* 10. *Cap.* 60. *Quidam & vento putant ea* (ſcil. ova hypenemia) *generari: qua de cauſa etiam zephyria appellantur.* Ariſtot. *Lib.* 6. *Hiſt. Animal. Cap.* 2. ζεφύρια δὲ καλεῖ τὰ ὑπηνέμια ὑπό τινων, ὅτι ὑπὸ τὴν ἐαρινὴν ὥραν φαίνονται δεχόμεναι τὰ πνεύματα αἱ ὄρνιθες. Auguſt. *Lib.* 21. *de Civ. Dei, Cap.* 5. *In Cappadocia etiam equas vento concipere, eoſdemque fœtus non amplius triennio vivere* ſcribit. De quo & Varro *Lib.* 2 *Cap.* 1. & Plin. *Lib.* 8. *Cap.* 42. Ælianus oves non ignorare ait, Boream & Auſtrum non minus, quam qui eas ineant arietes, earum fœcunditatem promovere; & illum quidem ad maſculæ ſobolis generationem, hunc fœmineæ efficacem eſſe; ideoque, pro ſexus deſiderio, ad alterutrum ventum in coitu ſeſe obvertere, *Lib.* 7. *Cap.* 27.

γυπῶν δὲ ὑπηνέμιον] Id eſt, ὑπ' ἀνέμου ἐχόμενων: *at vulturum, qui ex vento concipiunt, ova ad gignendum*, abſque negandi particula, cum M. S. rectius legeris. Phaſianinus, *Vulturum autem, in aëre coitum facientium ſub vento, ovorum generatio ad procreandum fit.*

ἀλλὰ γῆν ὀρνέων] οἷον ἀλεκτορίδων, πέρδικων, φασιανῶν, ταὼν, χηνὸς, χηναλώπεκων, gallinæ, perdicis, columbæ, pavonis, anſeris, chenalopecis. Ariſtot. Plin.

ἐπὶ δὲ πρὸς ζωογονίαν] γίνεται δὲ τὰ ὑπηνέμια γόνιμα, ἐὰν ἐν τινι καιρῷ ὀχεύθῃ ὑπὸ τοῦ ἄρρενος, Ariſtotel. 3. *de Gener. Anim.* 1.

ἀφ' ὃ καὶ] Phaſianinus, *atque etiam exinde in omni dea id obſervant, vulturem ſubſcribendo.*

*qui ſono quodam vocum, & Phrygiis cantibus, incitantur.* Servum Gracchus cum eburneola ſolitus eſt habere fiſtula, qui ſtaret occulte poſt ipſum, quum concionaretur, peritum; qui inflaret celeriter eum ſonum, quo illum aut remiſſum excitaret, aut a contentione revocaret, *Lib.* 3. *de Oratore.* Naz.

—— —— —— ἰὸς δέ τε ἀνδρὶ μέρμνα,
Βαιὸν ἢ χρόνον ἔσκον ἐμοῖς μελέεσσιν ἀρήγων,
Ποιμφικὶὼ σύριγγα βοηθόον ἐσθλὸν ὀπάσσων.

Cap. 118. στρθοκαμήλε] De quo Diod. Sicul. *L.* 2. & 3. Oppian. 3. *Cyneget.* Is eſt Ariſtoteli ὁ στρθὸς ὁ Λυβικὸς, 4. *de Part. Animal.* 14. Æliano *L.* 14. *C.* 7. ἡ στρθὸς ἡ μεγάλη. Syneſ. *Epiſt.* 134. στρθὸς μεγάλας ἀπὸ τῆ ἐν ἐρήμῳ κυνηγεσίων εἴχομεν, *Struthiocamelos ex venatione, dum pax erat, habebamus.*

Cap. 119. χεῖρα ἀνθρώπε] Plutarch. *Lib. de Fraterno Amore:* αὐτάς τε τὰς χεῖρας εἰς πολλὰς καὶ ἀνίσους δακτύλους τμήσασα (ſcil. ἡ φύσις) πάντων ὀργάνων ἐμμελέσατα καὶ τεχνικώτατα παρέσχεν· ὥσε Ἀναξαγόραν τὸ παλαιὸν ἐν τῇ χερσὶ τὴν αἰτίαν ὑπεθέσθαι τῆ ἀνθρωπίνης σοφίας καὶ συνέσεως. ἀλλὰ τότε μὲν ἔοικεν ἀληθὲς εἶναι τεκμήριον. ὁ γὰρ, ὅτι χεῖρας ἔσχεν ἄνθρωπος, σοφώτατον, ἀλλ' ὅτι φύσει λογικὸν ἦν καὶ τεχνικὸν, ὀργάνων φύσει τοιούτων ἔτυχεν, id eſt, Xyl. Interprete, *Ipſas manus, in multos atque inæquales ſciſſas digitos, Natura omnium inſtrumentorum accuratiſſime & artificioſiſſime paravit: adeo ut Anaxagoras ille priſcus humanæ ſapientiæ cauſam manibus imputaverit. falſo quidem hoc: non enim propter manus homo eſt ſapientiſſimus; ſed quia natura eum ratione & arte prædiderat, inſtrumenta quoque talia eſt nactus.* Eadem Galeni ſententia, *Lib.* 1. *de Uſu Partium Corporis Humani.* Vide etiam Plut. *Politic. Præcept.* & Ariſtot. 4. *de Part. Animal.* 10.

NICO-

# NICOLAI CAUSSINI
# OBSERVATIONES
## ET NOTÆ SELECTÆ
## IN
# HORAPOLLINEM.

# NICOLAI CAUSSINI
# OBSERVATIONES
## ET NOTÆ SELECTÆ
## IN
# HORAPOLLINEM.

ΩΡΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ] Auctor hujus Libri vulgo Horus Apollo Niliacus appellatur. Suspecta mihi semper fuit hæc vox Horus Apollo. Siquidem Horus apud Ægyptios idem est ac Apollo. Itaque existimarim nomen Apollinis ad interpretationem dictionis Hori prius tanquam glossema additum, tandem in ipsum nomen irrepsisse. Nam apud Photium & Suidam Ωραπόλλωνα quoque scriptum reperio. Sed quis hic Horus sive Horapollo, valde ambiguum est. Parum certe viderunt, qui huic auctori Suidæ præfixere, Ωρος, Αλεξανδρεὺς, γραμματικὸς, παιδεύσας ἐν Κωνσταντίνᾳ πόλει. ἔγραψε περὶ διχρόνων. ὅπως τὰ ἐθνικὰ λεκτέον. λύσεις προτάσεων τῶ Ηρωδιανῶ. πίνακα τῶ ἑαυτῶ. περὶ ἐγκλιτικῶν μορίων. ὀρθογραφίαν τῆ στοιχείων. περὶ τῶ εἶ διφθόγγου. ὀρθογραφίαν περὶ τῶ αἶ διφθόγγου, τῆ Φρυνίχου, τῆ στοιχείων. ἀνθολόγιον περὶ γνωμῶν. Hæc inquam Horo nostro non conveniunt, primum quia Niliacus est, non Alexandrinus; deinde quia Aegyptiace scripsit, ut author est Philippus, non Græce; Tertio quia Suidas, qui hujus Grammatici Alexandrini Opera tam accurate numerat, ut ne Tractatum quidem de Ei diphtongo omittat, hujus Operis περιγλυφικῶν

nuſquam meminerit. Eadem de cauſa puto falli Cœlium Rhodiginum, qui putat hunc auctorem fuiſſe Horapollinem, Grammaticum ex Ægypto nobilem, arte clariſſimum, nec ullo veterum tempeſtate Theodosii gloria inferiorem. Nam is Ωραπόλλων, ut diſcimus ex Suida, Panopolitanus fuit, & Græcorum Commentariorum ſcriptor, idem opinor ac ille, cujus Πατρικὰ Αλεξανδρέως ſe cum Helladii Beſantinoi & Andronici Hermopolitani Codice conjuncta vidiſſe refert Photius in *Biblioth. pag.* 1597. *Edit. Paul Stephani.* Reſtat igitur ut dicamus, Horum alium eſſe ab iſtis auctoribus Græcis, Horo & Horapolline, atque ut conjicere licet, longe antiquiorem. Dicitur porro Niliacus, non communi nomine quaſi idem eſſet ac Ægyptius, (ut nonnulli voluerunt) ſed a Nilo urbe Ægypti, cujus meminit Hecatæus apud Stephanum de *Urbibus*. Nilus enim tria ſignificat, fluvium, urbem, & templum. Νεῖλος, πόλις Αἰγύπτου, ἢ ἱερὸν Νείλου. Hic cum de Sacris Literis ſuæ gentis ſcripſiſſet, Philippus Græcus auctor, ejus libellum Ægyptium in Græcam linguam vertit, ut in operis limine comperimus: Is autem Hori Niliaci Interpres poſterioribus fuiſſe temporibus, quibus jam ſe mundiſſimis Græcorum elegantiis Barbaries illeverat, facile comprobatur ex ſtylo; nam ὄρδινον pro *ordine*, πάτρωνα pro *patrono* uſurpat, & ſimilia, quæ non niſi apud recentiores Græcos invenias.

Cap. 1. Libr. 1. τοῦτο ἢ μόνον ἀθάνατον] Philo Byblius non dicit immortale, quod Ægyptiorum narrant Fabulæ, ſed vix naturali nece confici.

Cap. 3. Σώθις] Sothis apud Ægyptios ſidus magni nominis, quod idem eſt cum Canicula. Ab ejus ortu Heliaco

liaco Ægyptii Neomeniam Thoth primi magnæ Periodi Canicularis putabant : ab hac ipsa mundi statuebant primordium : quod Porphyrius in *Libello*, quem *de Nympharum Antro* composuit, docet his verbis : Αἰγυπτίοις ἡ ἀρχὴ ἔτους, οὐχ ὑδροχόῳ ὡς Ρωμαίοις, ἀλλὰ Καρκίνῳ. πρὸς γὰρ τῷ Καρκίνῳ ἡ Σῶθις, ἣν Κυνὸς ἀστέρα Ελληνες φασι. Νεμηνία δὲ αὐτοῖς ἡ Σώθεως ἀνατολὴ, γενέσεως καταρχουσα τῆς εἰς τὸν κόσμον. *Ægyptiis principium anni est, non Aquarius, ut Romanis, sed Cancer. in Cancro enim est Sothis (quam Canis sidus Græci dicunt) Neomenia autem est ipsis Sothidis ortus, quæ generationis mundi ducit initium.* Hæc autem Sothis, a rege Petosiride apud Vettium Valentem vocatur Σηθ, idque genere masculino, cum dicit ὃ Σηθ ἀνατολὴ. Eadem quoque Ασροκύων dicta ; ubi insigne mendum irrepserat Ασρομύων pro Ασροκύων, quam lectionem aperte indicat Porphyrius *de Antro*. Notat porro Caniculam præcipue habere duas stellas, unam in capite, quæ Isis vocatur, & alteram in lingua, quæ Sirius proprie & Canis nuncupatur. Unde apud Diodorum inter titulos Isidis hic legitur :

Εγω̃ εἰμι ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ Κυνὶ ἐπιτέλλουσα.
*Ego sum in astro Canis refulgens.*

Hæc docte simul & acute vidit Hadrianus Junius. Sed in eo dissentire cogor ab homine erudito, quod eandem stellam neget appellari *Mæram*, & *Neæram* apud Hyginum reponat. Ego *Mæra* verissimam lectionem puto, & ex Nonno Dionysiacῶn scriptore comprobo ; sic enim *Lib.* 12. scribit,

—— πυρώλοδ᾽ ἀστέρα Μαίρης.
—— *igneæ astrum Mæræ.*

Ubi

Ubi *Neæræ* nomen convenire non poteſt. Et certe Etymologia congruit; nam μαίρειν eſt lucere. Porro de hujus ſideris fulgore & ſignis præclare cecinit Homerus Ιλιάδ. X.

> Λαμπρότατος μὲν ὅγ' ἐστὶ, κακὸν δὲ τε σῆμα τέτυκται,
> Καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσι.

At Manil. *Aſtronom. Lib.* 5.

> *Exoriturque Canis, latratque Canicula flammas,*
> *Et rabit igne ſuo, geminatque incendia Solis.*

Quod autem dicit in hujus ſideris exortu Ægyptios σημειοῦσθαι περὶ πάντων τῶν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ μελλόντων, id eſt, *Prognoſticon facere de iis, quæ toto anno futura ſunt*, alludit ad Καλανδολόγια, quæ nos vulgo *Almanachs* nominamus. Mos iſte, ut apparet, ab Ægyptiis manavit ad Græcos; qui cum ſæpe iis divinationibus abuterentur, minime mirandum eſt, ſi perſtringantur à Patribus, ut judiciariæ Aſtrologiæ Commentarii. Nicephorus Homologeta in Canon. Τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Παύλου, καὶ τὰ λεγόμενα βροντολόγια, καὶ σεληνοδρόμια, καὶ Καλανδολόγια, οὐ χρὴ δέξεσθαι· βέβηλα γὰρ πάντα. id eſt, *Revelationem Pauli, & commentarios de fulminibus, de prædictionibns menſium, & auſpiciis Calendarum, admittere non oportet: ſunt enim profani omnes.*

Cap. 5. Ετος &c.] Pleraque ſunt in hoc Capite ſubobſcura, quæ liquidius mihi videntur explicanda. Primum enim quis eſt ille *annus Dei*? pro quo fœda imprimis nota apud Cenſorinum legitur *annus diei.* Sed Græca totam illam fuliginem facile detergunt, cum dicunt, ἔθος τοῦ θεοῦ τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν, *annum Dei* trecentis

centis & sexaginta quinque diebus absolvi. Ex quo appareret annum esse civilem, & hic Solem, κατ' ἐξοχὴν θεὸν nominari. Non ob eam rationem, quam Ludovicus Carrion *Libro Secundo Emendationum* annotavit, quod primi homines existimarint Deos Solem, Lunam, Terram, Astra, eosque primum nominarint θεὰς, quia perpetuo cursu viderent ferri; unde & Apollo, ὁ θεός. Hæc ratio (inquam) non evincit; quia ad Græcos potius pertinet quam Ægyptios: deinde θεᾶ nomen omnibus stellis volventibus facit esse commune. Longe aptior mihi videtur ratio illa, quæ colligitur ex Plutarcho *in Libro de Iside & Osiride:* ubi notat ipsius Osiridis, per quem Solem intelligebant, Natali auditam fuisse vocem, quæ significaret natum esse μέγαν θεὸν; ex quo hæc appellatio placuit, & ad ipsius postea numinis honorem usurpata est. Accedit quod Isin & Osirin, Solem videlicet & Lunam, supra cæteros omnes Deos colerent Ægyptii, eisque omnes honores deferrent. Unde & Apion Plistonices Osiridis sive Serapidis simulachrum, ex novem cubitorum smaragdo conflatum, stupendo apud eos miraculo commemorat. Mos erat autem omnibus gentibus, ut Deos Patrios, Tutelares, & quos Theodoretus *in Oratione de Martyribus* πολιούχους nominat, sine additamento *Deos* vocitarent. Sic Attici Minervam, τὴν θεὸν, & Lacedæmonii Castores, vocarunt τὼ θεὼ, & Ægyptii Osirin, ὁ θεὸν, Isin, τὴν θεὸν. Jam quod gravioris est difficultatis, cur annum communem per quartam arvi partem, quæ centum duntaxat cubitos complectebatur, expresserunt, & eundem annum Τέταρτον, quasi quadrantem diceres, nominarunt? Observo ex Censorino *Libro de die Natali*, duplicem Ægyptio-

rum annum fuiſſe, unum quidem minorem trecentorum & ſexaginta quinque dierum: Alterum Κυνικὸν, Caniculārem, qui quatuor Solis annos complectebatur, uno inſuper die intercalari addito, ut Horus definit, ſi non ex civili ratione, ſaltem ex arcana Sacerdotum obſervatione: Nam primis temporibus nulla fuit apud Ægyptios intercalandi conſuetudo. Hunc annum ex ortu Caniculæ quater repetito definiebant; Atque ut trecentis & ſexaginta quinque diebus abſolutis, ſex præterea horæ ad curſum, qui ex motu Solis definitur, ſingulis annis redduntur; illæ vero poſt quatuor annorum converſionem diem ſolidum efficiunt; Ægyptii (inquit) quarto demum ortu Sothidis, ſive Caniculæ, intercalabant, & ſolidum annum tunc abſolutum putabant; quod inerat re vera quadriennium civili quadriennio, uno die majus propter hanc intercalationem. Hæc ex Cenſorini verbis colliges, quæ ita ſe habent. *Ad Ægyptiorum verum annum magnum Luna non pertinet, quem Græce* κυνικὸν, *Latine Caniculārem vocamus, propterea quod initium illius ſumitur, cum primo die ejus menſis, quem vocant Ægyptii* Θὼθ, *caniculæ ſidus exoritur. Nam eorum annus civilis ſolos habet dies trecentos ſexaginta quinque, ſine ullo intercalari: itaque quadriennium apud eos uno circiter die minus eſt, quam naturale quadriennium; eoque fit, ut anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo, ad idem revolvatur principium: hic annus etiam* ἡλιακὸς *a pleriſque dicitur, & ab aliis* ὁ θεῖος ἐνιαυτὸς. Hæc ille; ex quibus jam facile eſt Hori ſymbolum interpretari: Annum vertentem, hoc eſt civilem, ſignificantes quartam arvi partem pingunt, & annum volentes dicere, Τέταρτον, quadrantem, dicunt. Quorſum? niſi quia civi-

civilis annus est quarta pars anni magni; & præterea in unoquoque anno quarta diei pars redundat, quam rationem subintexit, cum dicit, κατὰ τὸν ἀνατολὸν τὸ ἄρχ τῆς Σώθεως μέχρι τῆς ἄλλης ἀνατολῆς τέταρτον ἡμέρας προσίθεσθ, *ab uno Sothidis ortu ad alterum* (præter annum) *quartam diei partem apponi*; ex quo, inquit, quarto quoque anno supervacuum diem computant.

Cap. 8. μέχρι νῦν οἱ Ελληνες ἐν τοῖς γάμοις &c.] Scopulus est hic locus, ad quem multi offenderunt. Nil opus est omnium commemorare sententias. Cælius Rhodiginus, & Gesnerus, qui in grandem illam voluminum molem omnia pene congesserunt, hunc antiquitatis ritum non omisere, sed verbis adeo corruptis expressêrunt, ut nihil minus videantur, quam hujus Auctoris sententiam intellexisse. Arripuerunt enim ex communi Interprete hæc verba, ἐκκορὴ *nimirum* κορὴ *cornicem appellantes*; quibus nihil distortius. Pierius paulo liquidior sententiis, in hac tamen verborum interpretatione, quæ maxime desiderabatur, filum abrumpit: *Græci* (inquit) *ut Hori Interpres observavit, nuptialibus festis* ἐκκορὴ κορώνη *clamitare consueverant, cum tamen ignorarent Cornicem in nuptiis omine auspicatissimo nominari solitam.* Tum suspicatur mendum, & aliter apud Æschylum in *Danaidibus* scribi fatetur, sed quod affert non plus habet perspicuitatis. Nam ut rem accuratius inspiciamus, Tragœdia Æschyli, quæ laudatur, non extat, licet tantum nobis rivulos ex hoc fonte in Pindari Scholiaste consectari, qui ad *Pythiorum Oden Tertiam pag.* 217. sub finem explicans illud Poëtæ,

—— ἄλικες
Οἷα παρθένοι φιλῆσιν ἑταίραις
Ἐσπερίαις ὑποκυ-
κλίζεσθε ἀοιδαῖς.

*Coætaneæ ut Virgines sociæ solent in vespertinis cantibus dicere juvenilibus jocis.* Interpres (inquam) ad hoc verbum quærit, quid sit ὑποκυκλίζεσθε; respondet idem esse ac juvenilius animi causſa lascivire, & ludere, νεωτερίζεσθε τῷ ψυχῷ τε καὶ παίζειν. Alii censent puellas ὑποκυκλίζεσθε dictas fuisse, ἀντὶ τοῦ ἀμφοτέρας κόρας ὑμνεῖν, νυμφίον, καὶ τὸν νύμφον; *Quod sponsum & sponsam celebrarent.* Tertiam subinfert rationem, quod canentes bene ominatis vocibus inclamarent, σὺν κόραις τε καὶ κόραις, *Cum pueris & puellis;* quod initium cantilenæ nuptialis esse liquidum est. Hic proferuntur Æschyli verba ex *Tragœdia Danaidum*, mire à Pierio truncata, atque depravata:

Κἄπειτα δ' εἶσι λαμπρὸν ἡλίου φάος,
Ἐως ἐγείρω πρευμενεῖς τὰς νυμφίους,
Νομοῖσι θέντων, σὺν κόροις τε καὶ κόραις.

Horum sensus est: *Deinde vero prodit lucidum solis jubar, interim excito benevolos conjuges, Legibus eorum qui statuerunt* (hanc cantilenam) σὺν κόροις τε καὶ κόραις. Hæc Æschylus; nam quæ sequuntur, κἀν τῷ βίῳ ἀκορεῖ ἀντὶ τοῦ κόρας κορώνας, non jam videntur Æschyli, sed ex alio capite ducta sunt, & tam fœde discerpta, ac mutila, ut nihil ad hujus loci interpretationem inde deduci possit. Hadrianus Junius, vir eruditissimus, longe sagacius locum illum pervidit *Animadversorum Lib.* 1. *Cap.* 1. ubi Cælii Rhodigini, qui hæc

hæc ipſa Hori verba citavit, mentionem faciens, *Diſpe-ream* (inquit) *ſi ſe ipſus intellexerit, tantum abeſt ut Hori ſententiam pervidiſſe illum putem.* Tum emendans contextum proculdubio depravatum, legit, ἐκκόρει κόρη κορώνην, & interpretatur, *Everre Virgo cornicem, atque elimina.* Jubetur autem (inquit) Virgo Cornicem everrere, quod ſiniſter eſſet ſolitariæ Cornicis occurſus, velut viduam portendentis vitam. Hæc laudatus Criticus ſatis appoſite, quæ prima quidem ſpecie, probabilitate ſenſum percellunt; ſed tamen accuratius ſpectata aliquid relinquunt dubitationis. Nam primum vox ἐκκορεῖν, *everrere*, proprie eſt ſordibus purgare, ac emundare, & non niſi durius ſignificat eliminare. Deinde cur jubetur everri & eliminari cornix, cum potius ad nuptias poſt Hymenæum invocaretur? nec dicas invocatas fuiſſe duas cornices, non ſingularem. Ælianus enim *Libro tertio de Animalibus Capite nono*, ubi de hac invocatione Cornicis ſcribit, non aliter, quam Horus, ſingulari numero uſurpavit; cum ait conſueviſſe Veteres, ἐν τοῖς γάμοις μετὰ τὸν Ὑμέναιον κορώνην καλεῖν. Cum igitur conſtet invocatam fuiſſe cornicem, non poteſt dici everri & eliminari, ſiquidem invocare, & eliminare, plane repugnant. Et cum fateatur Horus, ὁμονοίας χάριν celebrari illud ἐκκορεῖ κόρη κορώνην, plene invocatam potius, quam expulſam Cornicem ſignificat, nec jam unius numero Cornicis rationem habet in hoc Adagio, quæ ſolitaria credebatur infauſta, ſed κορώνην dixit nomen ſpeciei, non numeri; ab omni enim numero abſtrahit. Dicam ego, quod ſentio; cum verbum κορεῖν frequentius *ſaturare* ſignificet, ita hæc Hori verba interpretanda exiſtimo, ἐκκόρει κόρη κορώνην, *Exſatura ô puella Cornicem.*

Neque hoc levi conjectura adductus effutio; nam puellæ nubiles ut ominatas consequerentur nuptias, jubebantur opimum prandium dare Cornici; quod ex Phœnice Colophonio, qui citatur ab Athenæo *Libro octavo* colligere licet, ubi Coroniſtæ, hoc eſt Circulatores, Cornici loquutulejæ, quam circumferebant, emendicant ſtipem, & prandium ad fores patrisfamilias: Accedit autem virgo nubilis, & ficus affert pro prandio Cornicis; ex quo æruſcatores illi precantur, ut illuſtrem & locupletem maritum nanciſcatur; quod Cornicem conjugii Hieroglyphicum tam impenſe colat. Verſus autem Phœnicis ſunt, ubi diu Metragyrtæ illi rogarunt,

Ω παῖ θύραν ἄγκλινε· πλοῦτος ἤκουσε,
Καὶ τῇ Κορώνῃ παρθένος φέρει σύκα.
Θεοί, γένοιτο μετάπεμπτος ἡ κόρη,
Καὶ φνειὸν ἄνδρα κωνομαστὸν ἐξεύροι·
Καὶ τῷ γέροντι πατρὶ κῆρον εἰς χεῖρας,
Καὶ μητρὶ κέρλω εἰς τὰ γόνα κατθείη.
*O puella fores aperi. Plutus audivit,*
*Et Cornici Virgo affert ficus.*
*O Dii, fiat multis procis expetita puella,*
*Et locupletem virum & celebrem nanciſcatur,*
*Senique patri filiolum in manus,*
*Et matri filiolam in genua deponat.*

Hæc opinor multum ad hujus loci interpretationem faciunt, & ſimul gravium Auctorum, de Cornice in nuptiis invocata, & de puellarum erga Cornicem cultu, judicia ſatis confirmant; quibus etiam addi poteſt, quod habet Pauſanias in *Meſſenicis* de Cornice ænea, in fundamentis

mentis Coroneæ urbis inventa, quam licet colligere ibi gentilitio ritu cultam fuisse. Videre est quoque apud Festum hujus superstitionis relicta Romanis vestigia. Nam erat (inquit) *Corniscarum Divarum Lucus trans Tiberim, Cornicibus dicatus, quod in Junonis tutela esse putabantur.* Cujus rei nulla commodior est ratio, quam quæ ab Horo affertur, quod Cornix sit conjugalis amoris Symbolum. Mares enim fœminis connubio juncti nunquam ad alteram divertunt Cornicem, ac ne ipsa quidem fœmina quoad vivit ad alterum marem; quod si mors divortium fecerit, qui superstes est e conjugibus, perpetuum sibi indicit cælibatum.

Cap. 11. οὐρανίαν δὲ, οὐ γὰρ ἀρέσκει &c.] Noli existimare Uraniam Ægyptium esse vocabulum, sed ne Græcum quidem, hoc præsertim sensu. Nam præter nomen Musæ proprium, οὐρανία nihil significat, nisi forte ludum pilæ, cujus meminit Julius Pollux: Ἡ δὲ οὐρανία, ὁ μὲν ἀνακλάσας αὐτὸν, ἀπορρίπτει τὴν σφαῖραν εἰς τὸν οὐρανόν. τοῖς δ' ἦν ἀλλομένοις φιλοτιμία, πρὶν εἰς γῆν αὐτὴν ἐμπεσεῖν, ἁρπάσαι. *Urania est ludi pilæ genus, cum hic quidem reclinans sese, pilam in cœlum projicit: illis vero assistentibus cura est, priusquam terram contingat, arripere.* Quem ludum invenias descriptum ab Homero. Horus igitur οὐρανίαν dixit pro cœlo, ad imitationem alicujus verbi Ægyptii generis foeminini. Sed ne longius inquiramus, Pindarus certe *Olymp. Od.* 1. si non οὐρανὸν, saltem αἰθέρα foeminino genere protulit, ἐρήμας δι' αἰθέρος. Mox subobscura sunt hæc verba: δραχμὰς δὲ δύο, διότι παρ' Αἰγυπτίοις μονὰς ἐστὶν αἱ δύο γραμμαί. μονὰς δὲ παντὸς ἀριθμοῦ γένεσις· εὐλόγως οὖν δύο δραχμὰς βουλόμενοι δηλῶσαι, γῦπα γράφουσιν, ἐπεὶ μήτηρ δοκεῖ, καὶ γένεσις εἶναι, καθάπερ καὶ ἡ μο-

ἡ μονάς. Quæ Pierius ita reddit: *Si drachmas duas oſtendere voluiſſent, Vulturem ponebant. Cauſſam nonnulli commenti ſunt: quia unitas apud Ægyptios duarum drachmarum inſtar æſtimatur, unitas vero cum binario totius eſt numeri generatio. Merito itaque ſi drachmas duas indicare vellent, Vulturem pingebant, quandoquidem & generationis & matris prærogativa polleat, perinde ac unitas ipſa una cum binario numeros omnes generat.* Hæc ἀδιαφόρως & parum fideliter: nam cum Horus dixiſſet Monadem eſſe generationem & principium numerorum, hic ſemper addit, *Unitas cum binario*; ſed binarii nuſquam Horus meminit: non enim binarius principium dicitur numerorum, ſed ipſa unitas. Deinde multum laborat in explicandis illis duabus drachmis, per quas putat cor ſignificari, cum tamen hic de ea re nulla ſit quæſtio. Ego ſic exiſtimo, δραχμὰς pro γραμμὰς in hunc locum irrepſiſſe; nam quod de lineis, non de drachmis ſit ſermo, declarat quod ſtatim ſequitur, παρ' Αἰγυπτίοις μονὰς ἔστιν αἱ δύο γραμμαί, *apud Ægyptios duæ lineæ unitatem ſignificant.* Cur autem hoc binario linearum unitatem ſignificarent, hic nodus eſt, qui ut facilius ſolvatur, primum ſtatuendum, quod ex Pythagora, Damaſcio, Syneſio & cæteris notum eſt, Deum appellari Μονάδα, *Unitatem:* Signum autem Dei, & magni myſterii, apud Ægyptios fuit duplex linea, quarum altera alteri in perpendiculi modum ductæ ſubſterneretur. Cujus rei cum ab iis ratio quæreretur, nulla alia ſuppetebat, niſi quod hæc divini cujuſdam myſterii ſignificatio eſſet. Quamobrem & per eaſdem lineas in crucis modum compoſitas, quas ita reverebantur, & *Magnæ Unitatis*, hoc eſt, Dei Hieroglyphicum ducebant, incerti quid pingerent, Crucis ſacroſanctum

ctum myſterium apud hanc gentem adumbratum graves Auctores tradunt. Iſidorus *Lib.* 1. Origenes *Cap.* 3. Ruffinus *Lib.* 11. *Cap.* 29. Socrates *Lib.* 5. *Cap.* 17. Sozom. *Lib.* 7. *Cap.* 15. Niceph. *Lib.* 21. *Cap.* 16. adduntque ſub Theodoſio Imperatore cum ſolo æquarentur templa, in Serapidis Sacrario Hieroglyphicas compertas eſſe Literas, quæ Crucis præferrent formam.

Cap. 12. Ηφαιστον ἢ γράφοντες, κάνθαρον &c.] Non poſſunt iſta congruere: Nam quomodo uni duo Symbola inter ſe oppoſita reſponderent? Scribe, Ηφαιστον ἢ γράφοντες, κάνθαρον ζωγραφοῦσι, Αθηνᾶν ἢ ἢ Ηφαιστον γῦπα ἢ κάνθαρον. *Vulcanum indicantes, Scarabæum pingunt, Minervam vero ſimul cum Vulcano, Vulturem & Scarabæum.*

Cap. 13. Θεὸν ἢ ἐγκόσμιον] Merceri verſio, *Deum pulchre ornatum:* Repono, *Deum mundo inhabitantem.* Divinam enim providentiam ſignificat per Univerſum commeantem. Quinque autem illæ Stellæ ſunt, opinor, reliqui Planetæ, excepto Sole & Luna; Nam Stellæ nomine cenſeri non ſolent.

Cap. 14. ἰχθυώμυον ἄργον] ἰχθυώμυον ἄρτον hic aliquis verterat, *panem ex piſcibus*: Imo intellige *panem juſculo piſcis intinctum.* Nam quod ait Clitarchus, Oritas panem ex piſcibus feciſſe, hoc perrarum eſt, nec Ægyptiis conſuetum.

Cap. 15. βασίλειόν τε ἐπὶ τῆ κεφαλῆς &c.] Videre eſt hic in picturis (editionis ſcilicet Merceri) cynocephalum cum regia corona, & Interpres quidem pingit, *regium inſigne capite geſtantem:* quam ſententiam ſecutus eſt quoque Pierius: *Ad cynocephali*, inquit, *ſpeciem addebant, ut manus in cœlum ſublatas haberet, & diadema regium capite geſtaret.* Nuſquam tamen hoc apud Horum invenies, a

quo hoc Symbolum depromtum eſt : fefellit Eruditos Viros hic textus, βασίλειον ἐπὶ τῆ κεφαλῆς ἔχοντα, itaque ſtatim arripuerunt, quod occurrebat, & βασίλειον *coronam* interpretati ſunt; ſed nunquam cynocephalos coronatos Horus Apollo conſtituit. Quid igitur dicendum? τὸ βασίλειον nomen, & βασιλεῖος, regium vel regale proprium ſignificat. Itaque non modo ad coronam ſignificandam traducitur, ſed ad illud omne, quod regem ſpectat: unde βασίλειος, & βασίλειον dicitur, quod in quaqua re obtinet principatum; & eſt veluti aliorum principium, atque exemplar. Igitur Hieroglyphicorum Scriptores Prototypa Imaginum & Symbolorum, quorum primaria & uberior eſt ſignificatio, appellant βασιλείους. Ut enim rex vivus & ſpirans longe præſtantior eſt imagine, quæ ad ejus ſpeciem expreſſa eſt, (Nam quidquid perfectionis eſt in imagine, longe excitatius lucet in exemplari tanquam in fonte & origine) ita fit, ut Luna appelletur βασίλειος, hoc eſt exemplar, & ἀρχέτυπος, Cynocephalus vero ſit τὸ βασιλευόμενον. Et ita Cynocephalus dicitur habere βασίλειον in capite; quia Prototypum ſuum, Lunam ſcilicet, in imagine ſuo capiti imminentem defixis intuetur oculis. Et ne videar illud gratis aſſumere, ex ipſo Auctore comprobo, ubi ad *Hieroglyphicum* 11. *lib.* 1. cum dixiſſet, vultures omnes eſſe fœminas, itaque ad ſignificandum quidquid eſt muliebre, recte aſſumi vulturem, quia in eo genere præſtantiſſimum eſt, & quaſi regula cæterorum, utitur eodem nomine βασιλείῳ: ſic enim habet; καὶ τὸ τῶν γυπῶν γένος (ὡς προεῖπον) γένος, θηλειῶν ἐστιν γένος μόνον. διὸ ἦν αἰλίαν ἢ παντὶ θηλυκῷ ζωδίῳ, Αἰγύπτιοι γύπας ὡς βασίλειον ἐπιτιθέασιν. *quin & vulturum genus, ut jam expoſui, fœminas tan-*

*tantum complectitur. Quam ob causam & cuivis fœminei sexus animanti Ægyptii vulturem ut in eo sexu principem ac primarium apponunt.* Nemo hic βασίλειον Coronam & Diadema, nisi absurde, interpretatus fuerit.

Cap. 16. ἐν τοῖς ὑδρολογίοις αὐτῶν Αἰγύπτιοι κυνοκέφαλον) Ægyptiorum Horologiis sive Clepsydris insculptum fuisse constat Cynocephalum, e cujus natura guttatim aqua deflueret, sed miræ his in verbis ambages, ἕως τῆς οὐρᾶς τρίχα διείραντες. Interpretes sic reddunt: *Remedium hoc excogitarunt, ut quicquid pilorum est ad caudam usque abradentes, pro hujus crassitudine ferream quandam fistulam ad aquam excernendam fabricentur.* Quæso, quid hic faciunt pili, & quorsum abradi dicuntur? Existimarunt credo in clepsydris vivum animal statui, non effigiem animalis insculpti, cum de abradendis pilis ad emissionem aquæ loquantur. Num tota hæc versio magnas ineptias admittit? Si licet in re valde perplexa conjicere, ubi illi legunt τρίχα διείραντες, & perperam vertunt *pilos abradentes*, nam διείρειν nunquam *radere* significat, existimo restituendum τρίπα vel τρύμα διείραντες. Errore Librariorum forte scriptum est κ pro π, ut sæpe fit, & τρίκα positum pro τρίπα: Hic aliquis Tyro in Græcis pulchram emendationem facere se existimavit, si τρίχα pro τρίπα reponeret; & ita latam errandi ansam dedit. Nomen autem τρίπα Græcis recentioribus idem est, ac τρύμα sive ὀπὴ *foramen.* Et eo quidem utitur Corona Pretiosa, Liber Græcus, qui sæpe citatur in Meursii Lexico. Nemini porro mirum videbitur, si Philippus Hori interpres, Græcus recentior, hoc vocabulum usurparit, cum ὄρδινον pro *ordine*, πάτρωνα pro *patrono*, & similia habeat. Existimo igitur germanam vocem esse τρίπα, & ita lego, ἕως τῆς οὐρᾶς

τρίπα διείραντες πρὸς τὸ ταύτης πάχος σίδηρον κατασκευάζεσι πρὸς τίλω πρόκειμένην χρείαν. Cynocephali effigiem, vel potius vaſculum in ejuſdem animalis formam edolatum, ad caudam uſque, vel ad membrum & naturam, quæ per caudam ſignificatur, perforant, per foramen autem ferream fiſtulam ſeu canalem trajiciunt, quo æquabilior fiat per ferreum ſive æreum Epiſtomium, aquæ defluentis emiſſio: διείρειν autem τρίπα recte dicitur, quaſi inſubulare vel ſubula facere foramen. De iſta Clepſydræ fabricatione & foramine, ſic ſcribit Ariſtoph. Scholiaſtes in Veſpis, κλεψύδρα ἀγγεῖον τετρημένον, ἐν ᾧ ὕδωρ ἔβαλλον ἵνα εἶων ῥεῖν ἄχρι τῆς ὀπῆς. *Clepſydra vas perforatum, in quod aquam effundebant, & ſinebant fluere uſque ad foramen.* Et rurſus ab eo appellatur ἀίγειον ἔχον μικροτάτῳ ὀπὴν, πρὸς πυθμένα. Apuleius quoque formam ejus attigit, cum ſic deſcribit: *Hic rurſus præconis amplo boatu citatus accuſator quidam ſenior exurgit, & ad dicendi ſpatium vaſculo quodam in vicem colli graciliter fiſtulato, ac per hoc guttatim defluo, infuſa aqua populum ſic adorat.* Porro de uſu Clepſydrarum in foro ſupervacaneum arbitror hic pluribus inculcare. Lege ibidem, ἵνα μὴ εὐρύτερον τὸ κατασκεύασμα ὑπάρχῃ, & Latine redde, *ne vero latior ſit machina:* ubi Interpres cum ſua Periphraſi ſenſum non aſſequitur, *Ne foramen illud acute artificioſeque confectum.* Non enim de foramine intelligendum, ſed περὶ μορίου, de illa animalis parte ſculpta in Horologio & in modum tubi fiſtulata, vel de vaſculo in Cynocephali formam artificioſe dolato. Cæterum de hac diviſione horarum ex Cynocephali obſervatione mentionem fecit Victorinus in Commentariis ad Rhetoricos Ciceronis.

Cap. 21. ὃν καλοῦσιν Αἰγυπτιοὶ νῶν] Congruentia dicit Heſychio

ſychio, qui in Dictione νῆς, ait eam ſignificare ψυχὴν, ποταμὸν, & μονάδα. Hic igitur fluvius eſt Nilus.

Cap. 34. πλημμύραν ] Mercerus hic interpretatur *inundationem*: ex qua certe interpretatione ratio, quæ affertur ab Oro, inepta limato ſaltem Lectori videbitur, & ridicula. Nota ex Heſychio, πλημμύραν duo ſignificare, ῥεῦσιν ὕδατος, & πλῆθος. In hoc loco deſignat *multitudinem*, non *inundationem*. Unde manifeſta ratio eſt, cur Phœnix πλῆθος ſignificet, quia Solis Hieroglyphicum eſt, qui πολὺς nominatur. Poſſet quidem inundationem ſignificare, ſed in alium ſenſum torquenda eſſet hujus Symboli ratio.

Cap. 35. διὰ πεντακοσίων ἐτῶν παραγίνεσθαι ] De hac Phœnicis ætate non conſentiunt Auctores. Mille annos eidem tribuit Nonnus. Septem millia Chæremon Ægyptius, ut eſt apud Joannem Tzetzem. Trecentos & quadraginta Albertus. *Cum Phœnicis vita magni anni fieri converſionem rara fides eſt inter auctores* (inquit Solinus) *quamvis eorum plurimi magnum annum non quingentis & quadraginta, ſed duodecim millibus nongentis quinquaginta quatuor annis conſtare dicant.* Difficile eſt in re tam fabuloſa aliquid certum ſtatuere. Quod autem ait, *fertur ſiquidem Sole*, &c, id Ægyptiis, non Phœnici tribuendum. Itaque, quod inconcinne hic Author dixit, λέγεται γὰρ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἡλίῳ χαίρειν ὑπὸ Αἰγυπλίων, corrigendum, λέγονται γὰρ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἡλίῳ χαίρειν Αἰγύπλιοι.

Cap. 38. ἔσι δὲ καὶ τοῖς ἱερογραμματεῦσι ] Cave ἱερογραμματεῖς confundas cum Arpedonaptis, quorum meminit Clemens Alexandrinus *Stromatum Libro Primo* cum luculento Democriti teſtimonio, qui ſuam eruditionem intemperantius prædicans ſcribit: καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείσων ἐσήκεσα,

καὶ γραμμέων συνθέσιος μετὰ ἀποδείξιος οὐδείς με παρῆλλαξεν, οὐδ' οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Αρπεδονάπται. *Et homines doctos audivi plurimos, & in componendis cum demonstratione lineis nemo me adhuc superavit, nec qui Ægyptiorum quidem vocantur Arpedonaptæ.* Ubi Arpedonaptas colligas esse Ægyptiorum Mathematicos. At ἱερογραμματεῖς de genere erant Sacerdotum; & iidem qui apud Assyrios ἱερῶν λόγων ἑρμηνευταὶ, ut author est Lucianus in Macrobiis. Siquidem Ægyptiorum sacris & doctrinis præfecti nunc ἱερόφοροι & ἱεροσόλοι appellantur, ὅτι τὸν ἱερὸν λόγον περὶ θεῶν, πάσης καθαρεύοντα δεισιδαιμονίας, καὶ περιεργίας, ἐν τῇ ψυχῇ φέροντες, ὥσπερ ἐν κίστῃ, καὶ περιστέλλοντες, *Quod sacram doctrinam ab omni superstitione & curiositate puram, in animo suo, tanquam in cista, gestant, atque continent*, ut diserte notavit Plutarchus: nunc ἱερογραμματεῖς, qui non tantum Sacrarum Literarum Notarii fuerunt, ut quidam apud Diodorum interpretati sunt, sed Sacræ Doctrinæ Interpretes: eosdem vates fuisse innuit Suidas, cum ait, οὗτοι παρ' Αἰγυπτίοις ἦσαν δεινοὶ, καὶ περὶ τῶν μελλόντων τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, additque unum ex iis Regi Ægyptiorum prædixisse, futurum Israelitam virtute & gloria clarissimum, qui Ægyptiorum imperium deprimeret: Moysen scilicet innuebat. Iidem etiam erant Phylacteriorum scientissimi; quorum author pervetustus fertur Jachim in ea gente περιάπτων καὶ ἐπαοιδῶν ἔμπειρος. At vero cum Horus describat, ἱερογραμματέα τέλειον, πολλὰ μελετῶντα, ὑλακτοῦντα τε συνεχῶς, καὶ ἀπηγριώμενον, μηδενὶ χαριζόμενον, facile ostendit sacros illos Scribas, legibus & disciplinæ præfectos fuisse. Tales enim erant antiquitus Ægyptiorum Sacerdotes. Hi namque, ut Senatus Principes, Regi præsto semper aderant,

rant, qua opera, qua consilio, qua doctrina ipsum adjuvantes; tum ex Astrologia & Astrorum inspectione futura divinando, tum ex Sacrorum Librorum annotatis res gestas cum utilitate interpretando. Unde a cunctis oneribus erant immunes, & primas a Rege honoris & potestatis obtinebant: πάντων ἀτελεῖς, καὶ δευτερεύοντες μετὰ τὸν βασιλέα, ταῖς δόξαις καὶ τῇ ἐξουσίαις. Præterea sceptrum commune cum Regibus habebant, quod ad honorem agriculturæ, sicut & Æthiopes, in formam aratri effingebant, ut licet ex Diodoro colligere. Et illi quidem primis temporibus Ægyptiorum Sacerdotes hanc dignitatem obtinuerunt. Nam postquam sub Romanorum imperio Ægyptus esse cœpit, nihil his hominibus contemptius; quippe qui ex sacrificis, in viles Chaldæos, haruspices, & aliptas degenerarunt; quod licet ex Hadriani Epist. apud Phlegontem colligere, quæ refertur a Flavio Vopisco in *Saturnino*, statim a principio. Ubi præcautione opus est, ad diluendam Hadriani Imperatoris calumniam, qui perverse & malitiose Christianos cum Isiacis Sacerdotibus confundit, & iisdem Serapidis cultum imponit his verbis: *Ægyptum, quam mihi laudabas Serviane charissime, totam didici levem, pendulam, & ad omnia famæ momenta volitantem. Illi qui Serapin colunt Christiani sunt; & devoti sunt Serapi, qui se Christi Episcopos dicunt.* Hæc admodum perfidiose, nisi velis hac ratione excusare, quod de Apostatis loquatur; qui, ut est in Actis Epimachi Ægyptii Martyris, apud Græcum Martyrologum, τὸ χριστιανισμὸν κρύπτοντες τῷ ἀσεβείαν ὑπεκρίνοντο, *tecto Christianismo impietatem simularunt.* Pergit Hadrianus, *Nemo illic Archisynagogus Judæorum, nemo Samarites, nemo Christianorum*

*rum Presbyter*, (quod de hæreticis Christianæ pietatis simulatoribus intelligendum) *non Mathematicus*, *non Aruspex*, *non Aliptes*. Ex quibus intelligere licet, ad quas sordes impiorum sacrificorum natio devenerit. Hoc ipsum plenius ostendit Divus Cyprianus, ubi Senatorem a Christiana fide Apostatam, atque ad Serapidis & Isidis cultum nefarie abreptum insectatur, simul Ægyptios Sacerdotes, in quorum Collegium cooptatus fuerat, describit his verbis:

> *Namque Sacerdotes tunicis muliebribus idem*
> *Interius ritum cultu interiore fatentur,*
> *Idque licere putant quod non licet: unde per orbem*
> *Leviter incedunt, mollita voce loquentes,*
> *Lapsatosque tenent extenso pollice lumbos,*
> *Et proprium mutant vulgato crimine sexum:*
> *Cumque suos celebrant ritus, his esse diebus*
> *Se castos memorant; At si tantummodo tunc sunt*
> *Ut perhibent casti, reliquo jam tempore qui sunt?*
> *Sed quia coguntur saltem semel esse pudici,*
> *Mente fremunt, lacerant corpus, funduntque cruorem.*

Quæ illic Cyprianus de vestibus, & flagitiosissimis moribus prosequutus est, copiose describit Apuleius, ubi nominat indusia, mitellas, crocotas, virgatas vestes, cœnosa pigmenta, & cætera: *Die sequenti*, inquit, *variis coloribus indusiati, & deformiter quisque formati, faciem cœnoso pigmento obliti, & oculis obunctis graphice prodeunt, mitellis, & crocotis, & carbasinis, & bombycinis linteis. Quidam tunicas albas in modum lanciolarum quoquoversum fluente purpura depictas, cingulo subligati, pedes luteis indu-*

*ti*

*ti caleeamentis.* Mox de eorum phanaticis furoribus disserit plenius: Quorum rituum pleraque etiam primis temporibus in usu fuisse, declarat Herodotus, ubi animadvertit eos derasos fuisse, circumcisos, veste linea, & calceis papyraceis indutos, frigida interdiu ter, noctu bis lotos, & in Deorum suppliciis frequenti diverberatione sua sponte cæsos. Proximi erant Sacerdotibus ἐνταφιασταὶ & ταριχεύται, qui cadavera maxime Sacrorum Animalium curabant, quos, ut ait Diodorus, πάσης μὲν τιμῆς καὶ πολυωρίας ἀξιοῦνται, τοὶς τε ἱερεῦσι συνόντες, καὶ τὰς εἰς ἱερὸν εἰσόδους ἀκωλύτως, ὡς ἱεροὶ, ποιοῦνται. *Omni honore atque cultu dignantur: Nam sacerdotibus familiares sunt, & in sacrarium ut qui sacri sunt, libere ingrediuntur.* Tanta autem superstitione & apparatu sacra animalia funerant, ut Curatorem funeris unius animalis, totas facultates suas satis luculentas impendisse, & insuper quinquaginta talenta a Ptolemæo fœneratum memoret Diodorus. Verum quoniam inter officia Sacerdotum est aliquod discrimen, operæ pretium est, de hac re audire Clementem Alexandrinum, qui totam hanc Sapientum & Sacerdotum Ægyptiorum seriem disertissime tradit *Stromatum libro sexto p.* 465. Primus, inquit, procedit is, qui vulgo Ὠδὸς nominatur, unum aliquid afferens ex Symbolis Musicæ. Eum dicunt oportere duos Libros tenere ex Libris Mercurii, ex quibus unus quidem continet hymnos Deorum, alter vero rationes vitæ regiæ. Post Cantorem vero proccdit, ὁ Ὡροσκόπος, ὡρολόγιον τε μέτα χεῖρα καὶ Φοίνικα Ἀστρολογίας ἔχων σύμβολα. *Horoscopus gestans in manu Horologium & palmam Astrologiæ Symbola.* Eum quatuor Libros Mercurii de Astrologia oportet semper promptos in ore habere. Deinceps autem ὁ Ἱερογραμματεὺς, ἔχων πτερὰ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, βιβλίον ἐν

χερσὶ, καὶ κανόνα, ἐν ᾧ ποτε γραφικὸν μέλαν, καὶ χοῖνος, ᾗ γράφουσι. *Prodit*, inquit, *Scriba Sacrorum alas habens in capite, & librum in manibus, & regulam, atramentum præterea ad scribendum, & stylum junceum, quo scribunt.* Hunc oportet scire ea, quæ vocantur Hieroglyphica, & Mundi Descriptionem, & Cographiam, & ordinem Solis & Lunæ, & quinque Errantium Stellarum, Aegyptique Chorographiam, & Nili descriptionem, tum instrumentorum, ornamentorumque sacrorum, tum locorum consecratorum, mensuras præterea, & quæcumque ad templa & res sacras attinent. Deinde sequitur, Στολιστὴς ἔχων τε τὸν δικαιοσύνης πῆχυν, καὶ τὸ σπονδεῖον, *Stolistes seu Ornator, qui justitiæ cubitum & calicem ad libandum gestat.* Is scit omnia, quæ ad disciplinam & sacrificia, primitias, hymnos, preces, pompas denique & dies festos spectant. Post omnes exit Propheta, προφανὲς τὸ ὑδρεῖον ἐγκεκολπισμένος, ᾧ ἕπονται οἱ τὰ ἔκπεμψιν τῶν ἄρτων βαστάζοντες. *Qui spectabilem in sinu gestat hydriam, quem sequuntur, qui emissos panes portant.* Is, ut qui sit Sacrorum Præfectus, edidicit Libros decem, qui vocantur Sacerdotales, de Diis & legibus, & universa Sacerdotum disciplina. Meminit quoque eo loco Παστοφόρων, qui sex Mercurii Libros de Medicina ediscunt, hoc est, de Anatomia, & morbis, instrumentisque Medicis, tum de medicamentis, oculis, & mulieribus. Eos autem esse ex ordine Sacerdotum declarat hic locus *Libri Tertii Pædagog. Cap.* 2. ubi describens eum, qui idola ostendit, παστοφόρος ἢ τῶν ἄλλων τῶν ἱεροποιούντων: ex quo apparet fuisse quemdam Ædituum, de quo dico ad *Symbolum* 41. *Lib.* 1. Ex eo Clementis loco facile confutes eos, qui existimarunt omnes Ægyptiorum Sacerdotes communiter vocari Prophetas; quod

quod sensisse videtur Diogenes Laertius, cujus auctoritate adductus Criticorum aliquis, in hoc Antinoi monimento, ΑΝΤΙΝΟΩ ΣΥΝΘΡΟΝΩ ΤΩΝ ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΘΕΩΝ Μ. ΟΥΑΠΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΠΡΟΦΗΤΗΣ, περφήτης, hic dicit esse ἱερέα, abusus communi nomine proprii loco, nec satis ea discriminans, quæ apud Ægyptios (ut doctissime ostendit Clemens) inter se distincta erant.

Cap. 39. ἡ ἀνατετμημένα θεωρεῖ τὰ ὑπ' αὐτῆ κηδευόμενα εἴδωλα] Turbatum est in hoc loco, & puto restituendum ἀνατετμημένα. Quam enim ridiculum est, hæc verba de Pollinctore accipere, & cum Interpretibus dicere, *Quod nuda & resecta, quibus justa facit, simulachra contemplatur?* Et ubi Pollinctor justa facit, hoc est, sepelit simulachra? & simulachra in partes concisa? Esto, Pollinctores funerarint sacra animalia, prius dissecta unguentisque oblita, non tamen hoc simulachris aureis & marmoreis unquam factum legitur; quod per se ineptum est. Hæc igitur verba de Cane intelligenda sunt, γυμνὰ ἢ ἀνατεταμμένα θεωρεῖ τὰ ὑπ' αὐτῆ κηδευόμενα εἴδωλα, *nuda & explicata spectat, quæ custodit, Deorum simulachra.* Nam κηδεύειν non semper funerare, sed curare & servare significat. Quod autem canes custodiæ Templorum & Simulachrorum adhiberentur, ne quid auri argentive ex iis abraderetur, aut etiam gemmæ, quibus parietes sacri apud Ægyptios collucebant, furto subducerentur, ex Horo colligere licet, & Æliano de *Animalibus.* Porro quos hic ἐνταφιαστὰς seu Libitinarios designari vides ab Horo, publici funeris Curatores, eorundem cœtum apud Christianos in Orientali Imperio ἀσηκητήριον dictum fuisse notat Vir Eruditus; non tamen evincit iis, quas affert, rationibus. Nam quod ex

*Novella Justiniani* 59. citat, ἑκάστῃ κλίνῃ ἀσκητήριον δίδοσθαι, ἀσκήτας aliquot exequiis mortuorum fuisse deputatos confirmat, non tamen inde recte colligit, ἀσκητήριον fuisse proprie quod funera curabat, quasi definire vellet, ἀσκητὴν esse ἐνταφιαστήν; quod minime dici potest, ubi propria verbi significatio quæritur. Neque enim si Apelles sit pictor & orator, ideo pictorem definiens, dicam, *Pictor est orator.*

Cap. 40. προσιθέασι τῷ κυνὶ τὴν βασιλικὴν στολὴν &c. ] Recte hic animadvertit Vir de nostra Societate Eruditus, unam copulativam τὴν pervertere sensum Depingenda est ut Regis statua veste ad pedes strata, quam canis custodiat, & restituendum, προσιθέασι τῷ κυνὶ βασιλικὴν στολὴν παραπεπτυγμένην τὴν σχῆμα γυμνόν.

Cap. 41. Παστοφόρον ἢ σημαίνοντες ] Interpres vertit, *sacrum pallium gestantem*, perperam meo quidem judicio. Nam si verbi significatio spectanda est, D. Hieronymus in *Isaiam* pastoforium interpretatur thalamum, in quo habitat præpositus templi; in quo παστοφόρος *ædituus* est aliquis potius, quam *sacrum pallium gestans*; quæ verba nimis generalia sunt & obscura. Fefellit Interpretem, quod apud Julium Pollucem παστὸς dicitur, περὶ τὴν δύνην πεπέτασμα, *velum quod thalamo obtenditur*; ubi cum aliqui Codices Latini *pallium* reddiderint, hic de veste communi accepit: sed debebat animadvertere quod habet Etymologicum Magnum, παστὸς, ἡ ἐκ πετασμάτων ποικίλων κατεσκευασμένη σκηνή. Ubi pastos non pallium tantum, sed thalamus ipse nominatur, quo sensu etiam pastoforium dicitur. Verum hic aliud latet, quod neque Clementis Alexandrini Interpretes pervidere: παστοφόρος, ut constat ex eodem Clemente,

est

est ex Sacerdotibus Ægytiorum, & ut facile intelligi Potest, Ædituus aliquis; nam dicitur advenas in templum introducere & idola monstrare, σεμνὸν δεδορκὼς, ἢ παῖανα τῇ Αἰγυπτίων ᾠδὴν γλώσσῃ. Nunc Docti Viri quærunt, quorsum dicatur παρσοφόρος; neque enim Deorum thalamos & ædes portat, sed custodit: Manuscriptus aliquis Codex apud Clementem Alexandrinum habet, πλαρσοφόρος, distortius quidem, sed apparet ex eo locum esse depravatum: Ego legendum existimo παρσόφρακτος, *templi custos*; quo nihil aptius ad Clementis & Hori mentem video: nam ὑπὸ τάτε φυλάττεσθαι τὸ ἱερὸν.

Cap. 49. Ακάθαρσίαν ἢ γεράφοντες, ὄρυγα ζωγεραφοῦσιν &c.] Magna in hoc Hierolyphico enodando Interpretum est dissensio. Alii siquidem de Oryge, alii de Coturnice intelligunt. Multum refert utrum de quadrupede, an de ave sermo sit; quod tamen unius litteræ ambiguitate decepti homines, alioqui non imperiti, confudere. Codex Italus, qui Romæ prodiit excusus anno 1599, nomen ὄρυγος de textu expunxit; reliquit tamen illi locum ad marginem, ne plane abrasum videretur: Deinde reposuit ὄρτυγος, Coturnicem pro Oryge. Qua in sententia fuit quoque Pierius *Lib.* 27. haud ita diligens in Hori mente perscrutanda. Mihi vero mirari contigit, quomodo Viris Doctis hæc interpretatio exciderit, quæ ut alia omittam, vel hoc uno argumento refelli quam facillime potest, quod id ipsum animal, de quo hic sermo est, Horus dicat ἐμπροσθίοις σκέλεσιν ἀνορύσσειν τὴν γῆν, *anterioribus cruribus, sive pedibus, terram effodere* Quæso, cur anteriores hic pedes nominantur, nisi quia sunt & posteriores? at si anteriores sunt & posteriores, apparet animal esse quadrupes,

quod in avem tam cito efformavit Pierius. Deinde si avis est, & Coturnix, quomodo huic, tanquam equo, insidentes facit Reges? quod absurdum est. Omnino de Oryge totum Symbolum intelligendum; Primum, quia id omnium pene Codicum fides postulat, & ὄρτυγος nomen, ut apparet, non nisi timide in alienam sedem irrepsit. Secundum, quia quæ hic Orygi tribuuntur ab Horo, eadem quoque comprobat Ælianus de *Animalibus*. Neque enim tantum Orygem dicit, Solem Orientem aversari, sed etiam adversus ejus exortum alvum dejicere; quo fit, ut Serapidis cultores tam præposterum animal male oderint. Bene igitur in hac parte Mercerus, qui Aldi Codicem sequutus nihil mutavit. Sed hic postea laudatus Interpres postquam ad hunc textum devenit, καὶ οἱ ἱερεῖς τοῦτο μόνον τῶν πτηνῶν ἀπορρίπτουσιν ἐσθίειν, hoc est (ut ipse interpretatur) *Quare & sacerdotes unam hanc inter volucres non signatam comedunt*: tum idem Mercerus in hunc locum annotat; *Mirum sane est, quod hoc loco Orygem inter volatilia annumeret, quod a nemine quod sciam, est proditum.* Putavit ita Vir minime malus, Oryges alatos ab Horo conferi, nec mirum est, si hoc tantopere demiratur, sed non minus mirandum, quomodo Vir tam emunctæ naris, & in tot Authorum commentationibus volutatus, tam facilem locum suo nitori restituere non potuerit. *Itaque totum hunc locum* (inquit) *corruptam existimarim, nec qua ratione possit restitui, succurrit, nisi forte pro τῶν πτηνῶν, legimus τῶν ἱερῶν.* Si tam audacter in Auctoribus mutare licet, *omnia* (fateor) *erunt protinus alba.* Sed ubi prudentium Criticorum in dictionum mutationibus hæc audacia? Ego existimo, unius & admodum affinis literulæ mutatione

pos-

posse totam hanc plagam sanari, si dicamus πτηνῶν positum pro κτηνῶν, quæ germana est lectio. Sed reclamabit aliquis ex Grammaticorum natione, τὸ κτῆνος dici de pecudibus; quod in Orygem ferum animal cadere non potest. Hic quisquis ita objecerit, satisfactum sibi abunde existimet, si Orygem inter pecudes esui aptas videat annumerari a Columella, ubi sic scribit: *Feræ pecudes, ut capreoli, damæque, nec minus Orygum cervorumque genera, & aprorum, modo lautitiis & voluptatibus Dominorum serviunt, modo quæstui ac reditibus.* Unde etiam Juvenalis: *Et Getulus Oryx hebeti lautissima cœna Cæditur.* Est enim Oryx de genere caprearum sylvestrium, bisulcus, & unicornis, ut ex Aristotele & Plinio licet colligere. Oppianus tamen non unum duntaxat cornu, sed plura videtur illi tribuere, dum canit: Οξεῖαι κεράων δὲ μετήοροι ἀντέλλουσιν αἰχμαὶ. Nunc quod reliquum est difficultatis, expediamus: διόπερ οἱ ἀρχαῖοι βασιλεῖς, τοῦ ὡροσκόπου σημαίνοντος αὐτοῖς τὴν ἀνατολὴν, ἐπικαθίσαντες τούτῳ τῷ ζώῳ, διὰ μέσου αὐτοῦ ὡς τινῶν γνωμόνων τὴν τῆς ἀνατολῆς ἀκρίβειαν ἐγνώριζον. *Quapropter antiqui Reges cum sibi ortum nunciaret horarum observator, huic insidentes animali, per medium ipsum velut gnomones quosdam ortus rationem ac tempus accurate certoque cognoscebant.* Primum malim καθίζειν active sumere, & de Horoscopo intelligere, quem Reges jubent Orygem conscendere, ut certius Solis ortum dignoscat. Quod autem habet διὰ μέσου αὐτοῦ, τὸ *per medium ipsum* subobscurum est; nescio enim, quid sibi cogitatione pinxit Mercerus, quasi per medium hoc animal, cui insident intuentes Reges, ortus speculentur: Hic μέσον accipiendum est, pro re interiecta & interposita ad aliquid efficiendum, vel certe uno verbo cla-

clarius dicendum διαμέσᾳ αὐτῆ, hoc est, *ipsius interventu, ipso mediante.* Nam διάμεσος dicitur antiquis, ut recentioribus μεσίτης. qui ad negotium aliquod conciliandum intervenit, & sic ὄρυξ hic διάμεσος nominatur, quod beneficio hujus naturalis propensionis, qua Solis primas faces prævidet, tempora discernant Horoscopi. Jam quod ad interpretationem eorum verborum attinet, διὸ οἱ ἱερεῖς τοῦτο μόνον τῶν κτηνῶν ἀσφράγιστον ἐσθίουσιν, *Sacerdotes unam hanc inter volucres non signatam comedunt:* Vita est Interpreti suspecta vox ἀσφραγίστος, & forte (inquit) legendum ἀσφάγιστος; sed omnino retinenda vetus lectio ἀσφρήγιστος. Declarat Herodotus, ubi ostendit, vetitum esse Sacerdotibus sub pœna capitis, ne victimam aliquam immolent, quam prius sigillari annulo non signarint, ἀσήμαντον ὑπὸ θύσανλι θάνατος ζημίη ἐπικέεται. Horus hic Orygem solum excipit, eam opinor ob causam, quod quæ Deorum sigillo essent impressa, in Deorum possessionem transcribi viderentur: at nefas erat, Orygem execratum animal Dei, maxime Solis, nota inurere, & quasi ejusdem peculium facere.

Cap. 59. Βασιλέα ὃν κάκιστον] Si recte expendatur Hieroglyphicum, nomen κάκιστον sensui repugnat. Itaque Pierius legit κάλλιστον: Mallem tamen κράτιστον, cum potentissimum regem designari dicat, qui universo terrarum orbi imperitet.

Cap. 69. αὐτότοκον γὰρ καὶ κατωφερὲς τὸ ζῶον] Quid facit hic αὐτότοκον, quod Mercerus vertit *ad partum facile & maxime proclive*; at Trebatius, *est hoc animal rotundum & promiscue parit*? Nugæ: Lege, αὐτόκυπτον καὶ κατωφερὲς τὸ ζῶον, *suapte natura cernuum & inflexum animal:* quo nihil ad sensum accommodatius.

Cap.

Cap. 2. Lib. 2. Καὶ ἀετὸς νεοσσὸν &c.] Hoc Hieroglyphicum ut breve, ita difficile est: Primum Mercerus emendat ἀετὸς νεοσσὸς pro νεοσσόν. Ego veterem lectionem retineo, cum bis in Horo constanti Veterum Codicum fide ita legatur. Non advertit Mercerus, quod doctiores Grammatici notant, recentiores Græcos (ex quorum numero est hic Auctor Hori μεταφρασὴς) nonnunquam accusativis nominativorum loco abusos. Sic Nicetas in *Alexio Angelo* θυγατέρα dixit pro θυγάτηρ: τῷ βασιλεῖ δὲ τῷδε καὶ τρίτη θυγατέρα ἦν Εὐδοκία τοὔνομα. Sic Corona Pretiosa, Græcus Liber, θυρίδα in nominandi casu pro θυρὶς habet. ἀῤῥενογόνον & autem non tantum *masculus* est, sed *mares generans*. Vox κυκλοηδὸν omnino depravata est: Mercerus reponit κυκλοειδὲς, & interpretatur *orbiculatum*: Sed quis tales sensus probare possit? Quod *aquilæ pullus orbiculatum quid significet*. Vide num legendum sit τυλοειδῆ: τυλοειδὴς est *calli speciem habens*, & per Metaphoram *robustus*: sic autem Aquilæ pullus innuet masculum, fortem, & robustum, qui ex diuturno labore callum contraxerit. Non occurrit, quomodo aliter hanc cicatricem obducamus.

Cap. 3. Δύο πόδες] Hoc Hieroglyphico ubi legitur, Δύο πόδες συνηγμένοι καὶ βαδίζοντες δρόμον ἡλίου τὸν ἐν ταῖς χειμερίναις τροπαῖς σημαίνουσι, *Gemini pedes simul compacti & progredientes, solis cursum cum in solstitio est hyberno, significant*, variæ sunt lectiones. Et primum quidem Manuscriptus liber, pro δύο πόδες habet δύο πολύποδες. Pierius *Hieroglyphicon Lib.* 27. *Cap.* 29. non est admodum pugnax, quo minus duo Polypi ad hibernum solstitium denotandum simul colligati exprimantur: *Impressorum*, inquit, *Codicum lectio, quæ est* δύο πόδες, *nequaquam displi-*

*cet: ſed ſi progreſſum exprimere volueris, videndum eſt, ſi pedes illigatos pinxeris, qua ratione id tuearis.* Hæc ille, quorum nullam auctoritatem, nullam affert rationem. Et certe nullus opinor Veterum invenietur, qui ullam partem Polypi ad Solem ſignificandum unquam uſurparit; quamquam ut nihil eſt in iſtis Symbolis tam alienum, quod non aliquo cultu orationis, & rationis ſpecie ſplendeſcat, poſſet illud fortaſſe dici, Polypum recte Solis in hyberno ſolſtitio tarditatem ſignificare, quod ſit, ut ait Ovidius,

—— *crinali corpore ſegnis.*

Vel ut canit Oppianus:

Παυλοίας προφάλιγγας ὑπὸ σκολιοῖσιν ἰμᾶσι
Τεχνάζων.

Verum quid opus eſſet geminos Polypos ad hoc Symbolum pingere? & ſi ſua natura tardi ſunt, cur vincula, quæ ad frænandam celeritatem expreſſa ſunt, injicerentur? Puto probabilius eſſe, ſi pro δύο πολύποδες, legatur δύο πολλᾶ πόδες, id eſt, *duo Solis pedes*, pro *duobus Polypis*; nam Sol πελὺς appellatur, ut conſtat ex eodem Horo. Quid eſt autem aptius ad Solem in ſolſtitio hyberno tarde progredientem ſignificandum, quam Hori ſive Apollinis ſtatuam, cujus pedes inter ſe vincti ſint & impliciti, depingere? At urget Pierius, & quærit, quomodo ſi pedes vincti ſint, progredientur? Difficilius quidem, ſed tamen progredi poſſunt; quod cernitur in ergaſtulariis, qui ita vinciuntur compedibus, ut aliqua ex parte movere ſe, & progredi poſſint; & recte quidem hoc pacto curſus Solis ſignificatur, qui non eſt omnino nullus, ſed tar-

tardior, ut ſtare quodammodo loco videatur. Quamobrem puto legitimam eſſe lectionem, δύο πολλοῦ πόδες συνειργόμενοι, pro συνηγομένοι, καὶ βεβηκότες.

Cap. 20. Ἵππος ποτάμιος ] Quomodo Hippopotamus horas ſignificet quærit Pierius *Hieroglyph. Lib.* 29. Et multum quidem laborat, ut explicet, conjecturæ vero, quas affert, paulo videntur debiliores. *Quia depaſcit ſegetes*, inquit, *ante determinatas in diem, vel quod interdiu in imis aquis latet, noctu in terram egreditur.* Hæc, inquam, rem acrius perpendenti non ſatisfaciunt. Primum nota, in Græco eſſe ὥραν, non ὥρας: ὥρα autem κατ' ἐξοχὴν, ut conſtat, ſæpe vernum tempus ſignificat. Et ita ὥρας, hoc eſt, veris Hippopotamus Symbolum eſſe dicitur, quia vere, ubi primum herbæ pubeſcunt, incipit e Nilo egredi & pabulari, ut habet Nicander in *Theriacis*,

Χιλοὶ ὅτε χλοάουσιν, νέην δ' ἀπεχεύατο ποίην.
*Pabula vbi vireſcunt, & novam fundunt herbam.*

Dixit autem ἀπεχεύατο pro ἀπεχεύαντο per Enallagen. Aliter etiam explicari poteſt, ſi dicas ὥραν irrepſiſſe pro ἀρὰν, ut Hippopotamus execrationem ſignificet, quo nullum animal execrabilius; nam Patrem interficit, & Matrem comprimit.

Cap. 29. Γράμματα ἑπτὰ ἐν δυσὶ δακτύλοις περιεχόμενα ] Parum accurate hoc Philippus expreſſit, cum nullam rationem ſubjiciat, nec quos digitos quasve literas intelligat deſignet; itaque vix conjecturæ anſam reliquit.

Cap. 30. Γραμμὴ ὀρθὴ μία ἅμα γραμμῇ &c. ] Hoc & hujuſmodi ſigna, ſunt ex hominum impoſitione leviſſimo plerumque fundamento, haud diſſimilia iis, quæ Nicolaus

Smyrnæus Aſtabaſdas collegit de ſignis numerorum.

Cap. 37. Οτε ἔβλον] ἄνθρωπον ἐξώλη σημῆναι, χοῖρον ζωγραφῆσι] Ægyptiis igitur, Judæis, & Perſis execrationi fuit, contra Samiis honori, qui ſuem pro tutela navium ſumpſerunt: Τὰ Σάμια πλοῖα συὸς τύπον εἶχον ἐν ταῖς πρώραις, Heſychius. Inde explicatur obſcurum Proverbium, quod eſt in Stromateo, Ναὺς δέ τις ὠκύπορος & Σαμία ὗς εἰδὼς ἔχουσα.

Cap. 38. ἐκσοΐζοντα τὰς ἰδίας σκύμνας] Hic ἐκσοΐζειν Mercerus dicit eſſe ἐκ σοᾶς ἐκβάλλειν; ſed hoc ſine ullo teſtimonio: Lege potius ἐκσίζειν, quod eſt etiam flagellare.

Cap. 51. Ανθρωπον περσφόνοιλα τῷ ἰδίῳ πάτρωνι] Πάτρωνος nomen recentioribus Græcis uſurpatum, ut apud Latinos. Scholiaſt. Eurip. Πάτρων, ἐλευθερώσας τὸν δεσπότην. Heſychius putat quoque centum primos Romuli Senatores πάτρωνας nominatos.

Cap. 53. Γυναῖκα θηλάζουσαν — τοὺς μόνα ζωγραφῆσιν] Gravis hic Merceri hallucinatio, & ubi turtures viſi cum mammis & dentibus? Omnino vel nomen τριγὼν poſitum eſt pro veſpertilione, quod unum inter volatilia proprie dicitur τρίζειν, ut author eſt Julius Pollux, vel Turturis & Veſpertilionis Symbola ſibi invicem proxima, in hac imagine ita fuerunt confuſa, ut τριγὼν ἀντὶ νυκτερίδος poneretur: Soli enim inter volatilia Veſpertilioni dentes & mammæ tribuuntur ab Auctoribus.

Cap. 57. γεννᾶται ὑπὸ τοιούτου τρόπου· ὅταν μέλλῃ τελευτᾶν &c] Quod ait hic, Phœnicem ſe in terram ſummo impetu projicere, unde & vulnus accipit; ex ſanie vero vulneris defluente alium gigni, qui ſimul cum patre moribundo Heliopolin proficiſcitur; hoc neque Chæremon Ægyptius, qui

qui citatur à Tzetze, neque Philoſtratus & Herodotus, aut ex Latinis Solinus, Lactantius, Manilius, Ovidius & cæteri, qui Phœnicis meminerunt, tradidere: Patrem tamen eundem orbiculari myrrhæ ligno veluti ovo includere, & ad aram Solis deferre meminit Herodotus; ſed melius Lactantius de cineribus & reliquiis patris accipit his verbis,

*Unguine balſameo myrrhaque & thure ſoluto*
*Condit, & in formam conglobat ore pio:*
*Quam pedibus geſtans contendit Solis ad ortum,*
*Atque aræ reſidens ponit in æde ſacra.*

Licitum cuique fuit, in re tam ignota pro arbitrio fingere; itaque pluribus diſcutiendum non puto.

Cap. 62. αὕτη δὲ ἑκατέρᾳ τῇ κεφαλῇ ἀναιρεῖ] Miratur Geſnerus, vir multæ lectionis, Salamandras hic dici bicipites, & merito: plagam vidit, non tamen ſanavit. Exiſtimarim ego ſic legendum, αὕτη δὲ ἑκατέρω τῇ κεφαλῇ ἀναιρεῖ. *Ignem utrimque*, hoc eſt, ab utroque latere cingentem, *extinguunt*, & id capite, a quo maxime frigidus humor inſtillatur, quo Scholiaſtes Nicandri ignem extingui voluit. Porro, quando audis hominem πυρὶ καιόμενον exhiberi per Salamandram, intellige flammis obſeſſum, non conſumptum.

Cap. 78. Καρποδέσμιον παρακολουθοῦντα εὑρήσεις] *Junctura pedis conſequi deprehendes*, inquit Mercerus: valde obſcurum eſt quid velit. Significat potius vinculum & (ut ait Vetus Gloſſarium) faſciolam aut funem articularium, quam junctura pedis: Innuitque bovem ita religatum, ſuum trahere vinculum, nec recte coërceri.

Cap. 94. αὗται γὰρ ἑαυτὰς φυλάσσουσι γρηγοροῦσαι κατ' ὄρδινον ] Vox Romana, Græca civitate donata, qua usus est etiam Macarius Xinus adversus *Sarracenos*, & Constantinus in *Tacticis*, λοχαγὸς δὲ λέγεται ὁ πρῶτος τοῦ στίχου, ἤγουν τοῦ ὀρδίνου.

Cap. 104. Ανθρωπον σώζοντα πολλοὺς —— νάρκην τὸν ἰχθὺν ζωγραφοῦσιν &c. ] Aliorum quidem Auctorum hoc nemo tradit, sed uno omnes ore contradicunt: Itaque hic Auctor Ori Interpres νάρκην fortasse posuit pro Nautilo seu Nauta pisce, cujus mira in natando industria, de qua vide Aristotelem *Lib.* 9. *de Animal. Cap.* 37. & Oppian. *Lib.* 1. Αλιευτικῶν.

Cap. 109. Ανθρωπον λάμειαν ἔχοντα ] Vide, num λαιμὸν ἔχοντα sit legendum; λαιμὸς est gula: vel certo παροιμιακῶς *Lamiam habere* dicuntur, qui gulam habent aut ventrem insatiabilem. Nam λάμια apud Hesychium est bellua, vel mulier insigni voracitate. Quod autem hic tradit de Scaro, id ipsum habet Aristoteles: *Scaro diversa omnino ventris species est, & ruminare solus piscium quadrupedum ritu creditur.*

Cap. 112. αὕτη γὰρ καταρχεθεῖσα, ῥίπτει τὴν ἐν τῇ οὐρᾷ ἄκανθαν ] Non de turture ave, sed de pastinaca pisce intelligit, quem Græci τρυγόνα nominant: Spina autem caudæ, est radius sive stimulus, quem hic piscis habet insignem. Dioscor. *Lib.* 2. *Cap.* 22. τὸ κέντρον τῆς οὐρᾶς nominat: βέλος ῥίγιστον Oppianus, qui ejus venenum diserte describit *L.* 2. *de Piscatu.* Lege igitur, *hamo*, ἀγκίστρῳ, non *laqueo*, ut reddit Mercerus, *implicatam Pastinacam.*

JOAN-

JOANNIS CORNELII
DE PAVW

# OBSERVATIONES
IN
# HORAPOLLINEM.

# JOANNIS CORNELII DE PAUW
# OBSERVATIONES
## IN
# HORAPOLLINIS
## *LIBRUM PRIMUM.*

ΩΡΑΠΟΛΛΩΝΟΣ] Ita efferendum eſt hoc nomen cum M. S. Auguſtano, Suida, Photio & Euſtathio. Errant, qui ΩΡΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ſcribunt diviſim. Nam iſta Iſodynama, quæ conjuncta bene ſonant, disjuncta ſonant male. Patet ex Linguæ Analogia & exemplis ubique obviis, quæ convaſare nolo. Unum eſt, quod ſilentio præterire non poſſum, quia plane gemellum eſt huic Noſtro: Ut Ωρος Ægyptiace eſt Απόλλων, ita Ανȣβις Ægyptiace eſt Ερμῆς: Ex iſtis duobus unum Ερμάνȣβις ſimiliter factum eſt; quod ſi ſepares, & contra ipſos Græcos inſurgis, & Linguæ Genio impingis colaphum. Hoc certum & perſpicuum. Quare ineptum eſt ΩΡΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ, & redonandum Naſutulis, a quibus profectum eſt primum. *Horapulus*, quod ex Poghini Libro M. S. adducit Hæſchelius, longe tamen pejus. Nam id nihil ſignificat, & Amanuenſium meras exhibet inanias. Quod autem Viri Eruditi de Recentiorum Μοσχόπȣλος pro Μόσχος, Αρμηνόπȣλος pro Αρμηνος, Ξανθόπȣλος pro Ξάνθος &c, notant, intelligendum eſt caute. Nam nomina illa voces non ſunt ſingulæ, ſed binæ. Græcis ſcilicet Recentioribus πȣ̃λος eſt Latinorum *pullus*, ut ſcimus ex Gloſſis Græco-

barbaris: Iſta vox cum aliis vocibus ab illis conjuncta ſæpe; atque hinc Μοχόπελος idem, quod Μόχος πέλος, Αμμώπελος idem, quod Αμμος πέλος, & ſic in cæteris. Unde apparet, quid ad ipſum *Horum* faciat *Horapulus*; pro quo, ſi nomen fuiſſet uſu receptum, ſcribendum eſſet ſaltem *Horopulus*, ut ab Aliis jam obſervatum. Sed ut dixi, nugax eſt omnis iſta ſcriptio & abjicienda prorſus.

Cap. 1. πῶς ἀιῶνα σημαίνεσι;] Verum eſt, quod Mercerus notat de his Inſcriptiunculis: Recentiores ſunt, & ratio earum habenda eſt nulla.

τὴν ὄφιν ὑπὸ τὸ λοιπὸν σῶμα κρυπτομένην] *Caudam ſub reliquo corpore latentem.* Interpres male. Baſiliſcus ſerpens eſt magnitudine duodecim digitorum, qui incedit medio erectus: Vide Plin. *Lib.* 8. *Cap.* 21. Hic ita pingebatur ab Ægyptiis æternitatem deſignare volentibus, ut ſub corpore erecto lateret cauda, ne finis æternitati contrarius appareret ſcilicet. Apage flexus multiplices, & quicquid eo pertinere poſſet.

ἱερᾶιον] Mercerus ex Libro Morellii ἑᾶιον: quod mihi impenſe placet. Nam ſic vocem habemus peregrinam. Junge Bochartum in *Hierozoïc. Part.* 1. *P.* 22. *& Part.* 2. *P.* 402.

θεοῖς περιτιθέασιν] Interpres, *diis circumponunt.* Utrumque pravum eſt; quia nimis exiguus eſt Baſiliſcus, quam ut Diis circumponi poſſit. Scribe παρεμβιβάσιν: Sic quod verum eſt, dicitur. Mox in fine Capitis recte ſcriptum, ἐπὶ τῆ κεφαλῆς τῶν θεῶν ἐπιβιβάσιν.

τοῦτο ἓν μόνον ἀθάνατον] Hoc nullibi ſcriptum, ſed contra apud Plinium & Ælianum ſcripta, quæ mortalitatem ejus evincunt ſubitam: Sciunt omnes. De Ibide notat Ælianus *Lib.*

*Lib.* 10. *Cap.* 29. *de Animal.* Ὡς μὲν ἔν μακροβιώτατόν ἐστι τὸ ζῶον καὶ δὴ εἶπον· λέγει δὲ Ἀπίων, καὶ ἐπάγεται τὰς ἐν Ἑρμῇ πόλει ἱερέας μάρτυρας δεικνύντας οἱ εἶναι ἀθάνατον. τοῦτο μὲν ἔν καὶ ἐκείνῳ δοκεῖ τῆς ἀληθείας ἀφεστάναι πάμπολυ· καὶ ἐμοὶ δὲ πάντως ἂν καὶ κατεφαίνετο ψευδὲς, εἰ καὶ ἐκείνῳ δοκεῖ. An ſimile quid de Baſiliſco cum ſuis Ægyptiis confinxit Horapollo? Haud puto; quia *Cap.* 34. hujus Libri, ubi de Phœnice agitur, legimus diſerte, ψυχὴν μὲν, ἐπειδὴ πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πολυχρονιώτατον ὑπάρχει τοῦτο τὸ ζῶον. Quod certe ſcribere non potuiſſet Autor, ſi Baſiliſcum feciſſet immortalem. Quid igitur? Locum corruptum auguror & Amanuenſium fidem habeo ſuſpectam: Scribi poteſt perbene ad mentem Philippi & ipſius Horapollinis, τοῦτο δὲ μόνον ἐ ἀθάνατον. Alia genera Serpentum ſunt ſatis longæva; hoc unum præ cæteris adeo longævum eſt, ut videatur fere immortale: Vocula omiſſa taxat, & tollit quod nimium eſt. Hoc certe non diſplicet: Et ſic optime etiam quadrat, quod de Baſiliſco ex Philone Byblio notant Viri Eruditi.

ὃ καὶ προσφυσῆσαν ἑτέρῳ παυλὶ ζώῳ δίχα καὶ δ δακεῖν, ἀναιρεῖ] Signate Ælianus *Lib.* 2. *Cap.* 5. *de Animal.* καὶ μὴν καὶ θεασάμενός τις ὁ τῶν ὄφεων μήκιστος αὐτὸν, οὐκ εἰς ἀναβολὰς, ἀλλ' ἤδη ἐκ τοῦ δ φυσήματος προσβολῆς αὐτοῦ ἐστιν. Nam Emphaticum eſt illud αὐτοῦ ἐστιν, & ex Atticorum loculis petitum, ut ſciunt, qui Linguam callent. Bochartus in *Hierozoïc. Part.* 2. *P.* 401. depravate citat αὐτός ἐστιν, idque in καυτὸς vel καυσὸς mutat parum perite.

Cap. 2. ταῦτα πάλιν καὶ τὴ μείωσιν εἰς αὐτὸν λαμβάνειν] Interpres, *ea rurſum in eundem reſolvi, & tanquam imminutionem ſumere.* Neutrum placet; quia Articulo αὐτὸν relato ad vocem κόσμῳ, non dicitur, quod dicendum erat. Omnia,

quæ in Mundo generantur, non redeunt dissoluta in Mundum; nam inde non exierant; sed in se ipsa & genera sua, unde processerant, & quorum partem ab æterno constituebant: Quare generatio & diminutio illa expressa Serpente, qui caudam ore comprimens, in se redit. Notissimum est hoc Philosophorum Dogma, & ab Hæschelio etiam commemoratum in Notis: Id autem hic expressum sine dubio, antequam Amanuenses mutaverant, quod ipse Philippus scripserat. Lege igitur, ταῦτα πάλιν ἢ ἡ μείσιν εἰς ἑαυτὰ λαμβάνειν: Sic illud ipsum habebimus denuo. Pro ἑαυτὸ Græci etiam dicunt αὐτὸ: Quare & αὐτὰ pro ἑαυτὰ legere potes, si velis.

Cap. 3. ἶσιν, τετέσι γυναῖκα] Illud τετέσι γυναῖκα aperte probat, ἶσις vel ἶσιν Ægyptiis denotasse *fœminam*. Nam alias inepta est interpretatio, & nugas agit Philippus.

Σῶθις] Σῶθις Viri Eruditi *canem* denotare aiunt apud Coptos. Sit ita, per me licet: Aliter tamen Veteres Ægyptii, si Plutarchum audiamus, qui in Libro *de Isid. & Osirid.* scribit, Σωθὶ σημαίνειν κύησιν ἢ τὸ κύειν: in quo nihil est, quod ad vocem κύων pertineat proprie & jure suo. Quod subjicit ibi Autor, διὸ καὶ παρατροπῆς γλυμφὴς ἕ ὀνόμαλ@, Ἑλληνισὶ κύων κέκλη) τὸ ἄστρον, ὅπερ ἴδιον τῆς Ισιδ@ νομίζεσιν, lusus ingenii est, quo rem ipsam tangit, non vocabuli indolem. Nihil apertius; nihil indubitatius.

διόπερ ἐκ ἀλόγως ἢ ἐνιαυτὸν.] Malim διόπερ ἐκ ἀλόγως καὶ τὸν ἐνιαυτὸν, ἶσιν λέγεσιν. *Qua de causa non absque ratione annum etiam vocant isin.* Isis multa significabat apud Ægyptios: *mulierem*; *Deam*; *fidus*, *in quo anima Deæ*; *annum*. Attende; videbis particulam requiri, ut oratio recte procedat.

βάεσιν ] Cur Aldinum βάϊσιν aſpernantur Viri Eruditi? id ego certe non aſſequor, ubi βαΐν præceſſit, & hoc uſu tritum eſt, illud non item. Vide etiam ſequentia.

Cap. 4. πενΐεκαίδεκα μοῖραι ὑπάρχουσι ] Haud dubie legendum πεντεκαίδεκα μοιρῶν ὑπάρχουσαν: id ipſa verborum συνέχεια probat. μοῖραι ſunt gradus, non dies: id certum quoque.

πληρώσασαν ] Præſens hic, & idem, quod πληρούσαν, *complentem:* Mercerus peſſime *completis.* Nam id falſum eſt, ut quisque animadvertit ſtatim.

εἰς τὸ κάτω τοῖς κέρασι νεύειν ] Ex his & ſuperioribus commode illuſtrari poteſt illud Plinii de Simiis *Lib.* 8. *Cap.* 54. *Luna cava triſtes eſſe, quibus in eo genere cauda ſit, novam exultatione adorare.* Cum Luna deorſum cornua inflectit, *cava* eſt, & ſuum illud inane nobis oſtendit: Similiter Cælum dicitur *cavum* apud Varronem *Lib.* 4. *de Ling. Lat. Cælum dictum ſcribit Ælius Gallus, quod eſt cælatum; aut a contrario nomine, quod apertum eſt: Non male. Quod poſt, verior Ælius; multo potius cælare a cælo, quam cælum a cælando. Sed non minus illud alterum de cælando, ab eo potuit dici, quod interdiu cælatur, quam quod noctu non cælatur omnino. Ego magis puto a chao cavum; & hinc cælum,* κοῖλον: *quoniam ut dixi, hoc circum ſupraque, quod complexu continet terram, cavum,* κοῖλον. *Itaque dicit Andromeda, Nox tu, quæ cava cæli ſignitenentibus conficis bigeis. Et Agamemnon, In altiſono cæli clypeo. Cavum enim clypeum. Et Ennius item ad cavationem, Cæli ingentes fornices.* Ita legendus eſt ille locus: de quo Nos alibi accuratius. Salmaſius ad Solinum de iſtis Plinii mira: videbimus loco ſuo.

Cap. 5. Ετος τὸ ἐνιςάμενον] *Annum ineuntem & inceptum.* Interpres non bene, *instantem annum.* Sciunt Græce docti.

ἡ ἄρουρα, πηχῶν ἑκατόν] Ita Ægyptii: aliter Græci. Vide Suidam in V. Αρουραία μάντις, & Leopardum *Lib.* 5. *Cap.* 22. *Emendat.*

τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν] Hæc mutila sunt, & Autorem reddunt sibi adversum. Scribendum absque dubio, τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν καὶ τετάρτου. Unoquoque anno quartum diei accedit; & sic annus Solaris proprie & accurate loquendo non est dierum 365, sed 365 & quadrantis diei. Hoc Autor dixit; hoc sequentia aperte sibi requirunt. Numeris indicati erant dies: id vitium exclusit; Nota scilicet, qua indicata erat pars quarta diei, ab imperitis neglecta fuit, tanquam calami ductus supervacaneus & fortuitus. Nihil manifestius: Et sic, ut nunc video, locum hunc etiam constituit Salmasius ad Solinum *pag.* 389.

ὅθεν καὶ διὰ τετραετηρίδος πρεσσὴν ἡμέραν ἀριθμοῦσιν Αἰγύπτιοι] Quarto quoque anno igitur Ægyptii pro quinque diebus ἐπαγόμενοις computabant sex dies ἐπαγόμενους, ut sic quatuor illos quadrantes colligerent. Quadrantis ratio singulis annis haberi non poterat in computando, quia annus dies, non dierum requirit partes: Expectandum igitur, donec quatuor quadrantes diem efficerent unum; quem non intercalabant Ægyptii, sed suis ἐπαγόμενοις apponebant. Hoc aperte docet hic locus Horapollinis. Minus perite Diodorus Siculus *Lib.* 1. *Biblioth.* τὰς γὰρ ἡμέρας οὐκ ἄγουσι κατὰ τὴν σελήνην, ἀλλὰ κατὰ τὸν ἥλιον, τριακονθημέρους μὲν τιθέμενοι τοὺς μῆνας, πέντε δὲ ἡμέρας καὶ τέταρτον τοῖς δώδεκα μησὶν ἐπάγουσιν, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν ἐνιάυσιον κύκλον ἀναπληροῦσι.

Nam

Nam ita currebat tempus, sed non computabatur. Ab uno ortu Caniculæ ad alterum Caniculæ ortum sunt dies trecenti sexaginta quinque cum unius diei quadrante: Hoc tempus quotannis sibi observabant Astronomi, sed Ægyptii in vita communi non computabant quotannis; quia, ut modo dixi, annus civibus computatus dies integros, non diei particulas desiderat. Hoc perspicuum est, & illud Diodori, πένθε ἡμέρας καὶ τέταρτον τοῖς δώδεκα μησὶν ἐπάγεσιν, minus accuratum esse probat. Atque hinc constat etiam, quam recte scriptum sit apud Plinium *Lib.* 2. *Cap.* 47. *Omnium quidem, si libeat observare minimos ambitus, redire easdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non ventorum modo, verum & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustri ejus semper intercalari anno Caniculæ ortu.* Annus quartus istius Periodi minoris, annus intercalaris est, in quo quadrantium fieri debet collectio: Hoc quarto anno, statim a lustro quadriennali completo incipit lustrum quadriennale novum, ipso Caniculæ ortu. Nihil apertius, aut facilius. Salmasius ad Solinum multus est suo more in redarguenda loci Pliniani scriptura: quo jure nunc omnes & singuli vident. Taceo, quod de Eudoxo ibi verba fiant, qui intercalationem certe non metuebat, aut annum illum quartum *intercalarem* dicere recusasset. Sed hoc in transitu: Plura alias.

Cap. 6. ἢ Ἄρεα, ἢ Ἀφροδίτην] Hæc ocium agunt hic, & tutius abessent. Nam aliis interjectis de Marte & Venere demum agitur *Cap.* 8. In Antiqua Editione, qua usus est Mercerus, antequam Aldinam nactus fuerat, non comparebant ista, ut colligere possumus ex Nota ejus.

πλαγίως περιφέρει] Elegans est περιφέρει, & rem Graphice

phice demonſtrat: Videmus quotidie.

πρὸς τοῦτο ] τοῦτο reſpicit accipitrem, & ſibi requirit ζῶον, quot latet in ζῶα; πρὸς autem comparat, & alia animantia cum accipitre confert: Vertas igitur, *cum hoc collata.* Interpres habet *eadem ratione*; quod Græca non promunt, & minus exercitatos inducere poſſet in errorem.

ἐν τῷ ἄνω ἐσχηματίσθαι ] Hoc minus exaſciatum eſt, & leviter corruptum: Scribe, ἐς τὸ ἄνω ἐσχηματίσθαι. Sic apte ſequitur εἰς τὸ κάτω, quod gemellum illud ſatis aperte deſiderat: Et ſic εἰς etiam nitet magis, quam ἐς. Aldinum autem Exemplar ſequor, cum τὸ κάτω tibi commendo. Nam id ſingulum recte jungit ſingulo. Si τὰ κάτω malles, etiam τὰ ἄνω ſcripſerim: tu fac, quod velis. Supra *Cap.* 4. εἰς τὸ κάτω νεύειν & πρὸς τὸ ἄνω ἐσχηματίσθαι ſimiliter habuimus.

Cap. 7. Ἔτι γε μὴν ] Hoc Caput Mercerus in ſecunda Editione ſua perperam connectit cum Capite præcedenti. Nam ibi poſt νίκην ſtatim in principio nulla ψυχῆς fit mentio: Methodum noſti.

ἔστι γὰρ τὸ μὲν βαΐ, ψυχὴ ] Aliter Bochartus ex Lexico Coptico: Vide ejus *Hierozoicon Part.* 1. *Pag.* 115.

ψυχὴν ἐγκαρδίαν ] *Animam in corde habitantem.* Merceri *animam cordatam* ambiguum eſt.

διὰ τὸ καὶ πρὸς τὴν ψυχὴν συμπαθεῖν ] Ita Codex Auguſtanus cum Codice Morelliano, ſi particulam καὶ excipias, quæ a Morelliano aberat: utrumque ſatis aptum eſt, quanquam καὶ tutius certe omitteretur. Aldinum, τὸ πρὸς τὴν ψυχὴν συμπαθὲς, haud dubie diverſa lectio eſt, quæ in Libris diverſis olim reperta fuit: τὸ ſæpe idem, quod ὃ, ut nemo neſcit; Eo ſenſu accipiendum eſt in verbis iſtis, quæ ſic ſatis commoda ſunt: *unde & accipiter, quod plane cum*

*anima*

*anima consentit, aquam &c.*

Cap. 8. βασανιζομένη] Verbum honestum: *examinata, explorata.* Apud Hesychium est, Βασανικός. ὁ θάσσον συνσιάζων περὶ ἱππώνακτι. Ubi scribendum forte Βασανικός. Sed hæc alias & loco suo.

ἐπειδὰν ἢ γυνήσῃ, ὅπερ σπανίως γίνεται, δύο ἄρσενικὰ, ἢ δύο θηλυκὰ] Hæc depravata sunt. Nam qui jungi possunt duo mascula, vel duo fœminea? Negatio excidit haud dubie, & scribendum, ἐπειδὰν ἢ γυνήσῃ, οὐκ, ὅπερ σπανίως γίνεται, δύο ἄρσενικὰ, ἢ δύο θηλυκὰ. Ut quisque videt, γυνήσῃ præcedentia respicit primo & principaliter.

ὧδε μὲν ἡ θήλεια ἑτέρᾳ κορώνῃ] Ita Hæschelius ex Codice Augustano, cui Morellianus suffragabatur. Aldus in suis Membranis repererat, ἡ θήλεια κορώνη ἑτέρᾳ. Legere optimum sit, ὧδε μὲν ἡ θήλεια κορώνη ἑτέρᾳ.

ἐκκορὲ, κορὲ, κορώνην λέγουσι ἀγνοοῦντες] Quid? an Græci ignorabant, quid acclamatio ista sibi vellet, & ea utebantur nihilominus? Credat Judæus apella, non ego: Sic omnium bipedum stupidissimi fuissent Græci, qui rem omnem ab Ægyptiis addiscere potuissent millies. Locus haud dubie est corruptus, quem diu emendare debuissent Viri Eruditi, ne adeo insulsa viderentur calculo suo probasse. Faciamus, quod decet. ἐκκορὲ, κορὲ, κορώνην Græcum est, & voces exhibet, quas ipsi pueri in Græcia intelligebant. Scribe, ἐκκόρει κόρε κορώνην. κορέω & κορεύω est *devirgino*, ut διακορέω & διακορεύω: pro illis ἐκκορέω & ἐκκορεύω dixerunt etiam multi. In Dicto certe Vulgari, quod hic habemus, ἐκκόρῃ nihil aliud est, quam διακόρῃ: *devirgina puer cornicem.* κόρος sponsus est juvenculus, cui acclamatio Cornicem optat, id est, uxorem fidissimam &

ab omni impudicitia plane alienam. Nihil ſuavius, nihil apertius ; inprimis ſi Æliani locum notiſſimum jungas. Et quid igitur? Iſtane ignorarunt Græci Græcis innutriti? Apage ineptias plus quam ineptas. Ut ipſa acclamatio corrupta fuit, ita corruptum quoque eſt illud ἀγνοῦντες: Scribe meo periculo abſque mora, λέγεσι εὐνοοῦντες. Quod dicebant, animo benevolo dicebant, & fauſta precantes benevolis: Hoc certius certo. Cum Amanuenſium errore ſolenni Græca leviter deformata eſſent, Critici Diobolares pro Ægyptiis & peregrinis iſta habentes, εὐνοοῦντες bono animo mutarunt in ἀγνοοῦντες: Hoc quiſque ſentit ſtatim. Et ſic locus hic facilis eſt & manifeſtus. Addamus ei alterum ſimilem, qui apud Pindari Commentatores extat, & elegantiſſimus certe eſt, ſi legatur, ut primum calamo exiit. Verſus Æſchyli ex Danaidibus, tres Senarii ſunt puri puti,

> Κἄπειτα δ' εἶσι λαμπρὸν ἡλίᾳ φάος,
> Εως ἐγείρω πρευμφεῖς τὰς νυμφίδας
> Νόμοισι θέντων σὺν κόροις τε καὶ κόραις.

Νόμοισι θέντων, *more eorum, qui eos poſuerunt prius:* θέντες intelliguntur illi, qui ad thorum deduxerant novos nuptos, ut illic primo cubarent una: Hi eos poſuerant & depoſuerant ibi: Et hoc τιθέναι pulchre opponitur alteri ἐγείρειν. Nihil ſimplicius, aut venuſtius. In illa deducentium turba ſemper erant pueri & puellæ: Eo pertinet Æſchyli σὺν κόροις τε καὶ κόραις, & illud Commentatorum antecedens, ἢ τὸ ὑποκουρίζεσθαι ἀοιδαῖς εἶπεν, διὰ τὸ τὰς ὑμνοῦντας ἐπευφημιζομένους λέγειν σὺν κούροις τε καὶ κόραις. Res eſt indubitata. Quæ ſequuntur poſt Tragici Verſus, verba ſunt In-

Interpretis Græci: Lege, καὶν τῷ Εἴῳ, ἀκορεῖ ἀντὶ τοῦ κόρης κορώναν. Quod ἐκκόρειν est in Dicto præcedenti, ἀκόρειν est in Dicto illo: α, ut notum, centies auget, non privat; hinc ἀκορεῖν plus est, quam κορεῖν, & Emphatice accipi debet ibi: Sciunt Græce docti, & præter imperitos ea de re dubitabit nemo: *Strenue devirginat* (Talaſſius) *pro puella cornicem.* Hoc Dictum autem in vita communi erat frequens: Quo ſpectat Scholiaſtæ ἢ ἐν τῷ Εἴῳ. Vita ſæpe mores communes denotat: Comici Εἶον μιμέμψοι ſunt apud Hephæſtionem Noſtrum: Alia prætereo. Eodem pertinent ſequentia; quæ ita conſtituenda ſunt, παροτρύνοντες ἤ ἔνιοί φασιν, Ἐκκόρει κόρε κορώναν. Et hoc eſt ipſum illud Dictum, quod hic habemus. Nunc omnia clarent etiam in Scholiis. Nam illud αἰχύνην ἐξευτελίζων recte conſtituit Hæſchelius: αἰχύνων ſequitur apud ipſum Pindarum. Quæ Alii de his conſcribillarunt, non ſunt unius aſſis, & eo ablegari debent, quo alia inepta quævis. Cur autem Nicolaus Cauſſinus ex Phænice Colophonio adducit ea, quæ nihil ad rem pertinent, neglectis illis,

Ἀλλ' ὦ 'γαθοὶ ἐπορέξαθ', ὧν μυχὸς πλατεῖ,
Δὸς ὤναξ ἢ σὺ πολλά μοι νύμφη,
Νόμῳ Κορώνη· χεῖρα δ' ἕν ἐπαιτήσῃ,
Τοιαῦτα εἰδὼς δός τι ἢ καταχρήσῃ.

quæ eo pertinent plane? An quia in iſtis etiam poſt Eruditiſſimi Caſauboni induſtriam videbat nihil? Fallor, aut ita eſt. Et, quæſo, quid ὤναξ ibi? quid alia perplexa & male coagmentata? abſque ullo dubio Verſus inſigniter ſunt corrupti, qui nunc in tranſitu conjectura, niſi fallor, inſigni faciam, ut iterum ſint ſynceriſſimi. Lege,

Αλλ' ὦ 'γαθοι 'πορέξαθ', ὧν μυχὸς πλȣτεῖ·
Δος ὦ νεᾶνις ϗ σὺ πολλά μοι νύμφη·
Νόμος Κορώνῃ χεῖρα δȣ̃ν' ἐπαιτȣ́σῃ·
Τοιαῦτα γ' εἰδὼς, δός τι ϗ καθὰ χρὴ σέ.

νεᾶνις νύμφη, *sponsa juvencula*; hoc aptum est, & ipse Phænix, si revivisceret, pro suo agnosceret lubens: Cum scriptum esset compendiarie, ὦ ναν̄ις vel ὦ ναι̅ς, ex eo prodiit statim Rex ille infaustus obstetricante Amanuensium imperitia. δȣ̃ν' ἐπαιτȣ́σῃ scriptum pro δȣ̃ναι ἐπαιτȣ́σῃ ob Versum. Alia aperta sunt, & morari non possunt quemquam. Sed hoc in transitu, ut dixi: Reliqua, quæ in fragmento illo minus expedita sunt, tentabimus suo loco.

Cap. 10. Μονογενὲς] *Ab uno genitum, ab uno ortum.* Interpretis *unigenitum* non dicit, quod debet.

μόνη γὰρ γένεσις αὐτȣ̃] Ita legendum. *Una enim & simplex generatio ejus, talis est.* Cum γένεσις arcte cohæret μόνη, & unum illud ac μονογενὲς explicat. μόνȣ diversa lectio est, quæ ita non convenit certe.

πλάσσει σφαιροειδὲς παραπλήσιον τῷ κόσμῳ σχῆμα] Sic etiam Alii, ut notum: Et quid igitur est, quod apud Aristotelem legimus *Lib. 5. Cap. 19. de Histor. Animal.* οἱ δὲ κανθαροὶ ἐν κυλίȣσι κόπρον, ἐν ταύτῃ φωλεύȣσί τε τὸν χειμῶνα, ϗ ἐντίκτȣσι σκώληκας, ἐξ ὧν γίνονται κάνθαροι? An in pilulis latere & hyemem transigere possunt scarabæi? Id ego certe non capio, nec alius etiam capiet. Nam quod orbiculatum est, ipsa forma sua latebras excludit. Hoc omnes sentiunt statim. Locus Philosophi depravatus est: Visne suspicionem? Legendum forte, ἐν ταύτῃ φωλεύȣσί τε τὰ γόνιμα, ϗ ἐντίκτȣσι σκώληκας, ἐξ ὧν γίνονται κάνθαροι. τὰ γόνιμα sunt

ſunt ſemina, ex quibus generantur vermes, ſcarabæorum initia. φωλεύσι eſt *abſcondunt*, *occultant:* agendi notionem verbum ſæpe habet. Heſychius in Lexico: Φωλεύῃ. κρύπτῃ. Suidas: Φωλέυσι. κρύπτουσι. Noſter *Lib.* 2. *Cap.* 90. Ἄνθρωπον ἐμφωλεύοντα ἑαυτῷ κακίαν. Alia adſcribere nolo. In pilula igitur, quam volvunt, ſemina abſcondunt, vermeſque ingenerant ſcarabæi: Hoc aptum & bonum. Facilis autem eſt conjectura noſtra: Nam ex γόνιμα ſtatim fieri poteſt γειμῶνα vel χιμῶνα, ut vulgo ſcriptum, tranſpoſitis modo literis.

ἐνάτῃ ᾗ ἀγδόῃ] εἰκοστῇ pro ὀγδόῃ requiritur haud dubie: Ex notis numeralibus error. Junge Ælianum *Lib.* 10. *Cap.* 15. *de Animal.* Ubi τῇ δὲ τὰ ταύταις eſt *die ſequenti*, non *deinde*, ut imperite vertit Interpres.

ταύτῃ δὲ τῷ ἡμέρᾳ] Subaudiendum eſt κατὰ, ut ipſi pueri ſciunt. Mercerus ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ impenſius probans, neſcio, quid ſibi velit.

γένεσιν κόσμου] *Mundi ortum.* Die vigeſimo nono, quo Luna Solis congreſſum appetit, Mundus hic viſibilis & ὑλικὸς ortus eſt ſecundum Ægyptios. Scis, quid de Mundi ortu fabulantur illi: hujus tota machina producta fuit die vigeſimo nono, cum dies viginti octo latuerat, & ipſo illo puncto diei vigeſimi noni, quo Sol cum Luna congreditur, ſe viſendam præbuit nativitatiſque habuit horam. Plura forte alias. Mercerus, qui *Mundi generationem* explicat *rerum*, *quæ in Mundo gignuntur*, *ortum ac productionem*, immane quantum a vero abeſt, ut nunc omnes vident.

ἀκτινωτὴ] De radiis accipiendum ſuſpicor, quibus cutis earum diſtincta: radios quaſi exhibet corporis pictura.

ἀμαυρότεραι ] Minores & ita exiguæ, ut evaneſcant fere: ἀμαυρὸν & ἀμαυρὸς eleganter etiam de illis dicitur, quæ rediguntur quaſi ad nihilum. Interpres peſſime, ut nemo neſcit, qui feles & eorum oculos norit.

ἔχει ὃ πᾶς κάνθαρος ἢ δακτύλιος τελάκοντα ] Hoc falſiſſimum eſt, ut ſciunt ipſi pueri: Non dubito, quin Amanuenſes hic iterum egerunt res ſuas. Aut vocula excidit, & legendum eſt, ἔχει ὃ πᾶς ἕτερος κάνθαρος &c, aut literarum compendia male expreſſa ſunt, & ſcribendum, ἔχει ὃ ἕτερος κάνθαρος &c. Nihil apertius.

ἢ μονόκερως ἢ ἰδιόμορφος ] Quid hoc? an duo alia Scarabæorum genera non erant etiam ἰδιόμορφα? De eo dubitet nemo. Nam inde diſcrimen, & accurata diſtinctio. Et quid igitur, rogo iterum, ἰδιόμορφος de tertio genere? an quia unum illorum ἀιλούρῳ, alterum ταύρῳ erat ſimile, hoc vero animantium nulli, vox ſeparatim de eo uſurpata? Hoc aliquid eſt, ſed quod longius arceſſitum non ſatisfacit mihi. Et ſit tamen ita; quid, quæſo, ſequens Ibidis mentio ad hoc præcedens? eane vicina ſunt, & apte connecti poſſunt? Cras credam, non hodie. Quid plura? Locum leviter corruptum puto, & mutata unica literula ſcribendum, ἢ μονόκερως ἢ ἰβιόμορφος, *unicornis eſt & Ibidem refert.* Sic pulchre Ibidis memoria ſuccedit, & in unoquoque genere ſimilitudo eſt apta: Primum ἄλκυρον refert, & quia ἀίλουρος Solis Symbolum eſt, dicatur Soli: Alterum refert taurum, & quia taurus Lunæ eſt vehiculum, dicatur Lunæ: Tertium Ibidem refert, & quia Ibis Mercurio ſacra eſt, Mercurio etiam cenſetur ſacrum. Vides? Certa eſt conjectura mea, & de qua dubitabit nemo.

Cap.

Cap. 11. ὅταν ὀργώσῃ ] Novum hoc ab ὀργόω, pro quo ὀργάω usu tritum est. Pierius Valerianus *Hieroglyph. Lib.* 18. *Cap.* 4. ὀργάζῃ legit; quod ego non sumam mihi, ubi duo Cod. M. S. pro hoc nostro stant. Aldinum ὀργύσῃ non est unius assis, & natum forte ex ὀργήσῃ.

πρὸς βορέαν ἄνεμον ] Ita perbene Cod. Aug. & Morell. ἄνελκον Aldi ipso inepto ineptius est. Sed an forte in Libris quibusdam scriptum, τῷ φύσιν ἑαυτῆς ἀνοίξασα πρὸς βορέαν, ἀνέλκεσα ὑπὸ τότε ὀχθεῖ), *naturam suam pandens Boreæ, ab eo attrahens comprimitur*? Sane ἀνέλκεσα non illepide adumbraret conceptionis mirificæ blanditias & modum: ἀνέλκειν sæpe est attrahere, & ita accipi posset hic: Hoc certum. Cum autem ita scriptum esset, facile ex eo fieri potuit ἀνέλκεσ' & ἀνέλκον: Quare fortasse vera est hæc mea suspicio; quæ tamen alterum ἄνεμον, quo nihil certe facilius, nequaquam proscribit, aut proscribere potest. Pro ὅτι ἡμέρας mox Cod. Aug. paulo emaculatius ὅτι ἡμέρας: ipsi Tyrones sciunt.

ποθοῦσα παιδοποιΐαν ] Hæc iterum Cod. Aug. & Morell. lectio est. Aldus ediderat, ποιοῦσα παιδοποιΐαν: quod certe flaccescit, & a Sciolis profectum est, quibus γάμον γαμεῖν, νόσον νοσεῖν, & alia id genus, placebant vehementius. Vertas, *fœtus procreandi desiderio*: ipsum illud desiderium facit, ut & potus & cibi fiat immemor. Sentisne? hoc ποθοῦσα hic statuminat plane.

ἄλλα γένη γυπῶν ] Perbene uterque Liber M. S. ὀρνέων habet pro γυπῶν: Vide modo sequentia, & si dubites, ad Pyrrhonis Scholam extemplo te confer, ut semper & de omnibus dubites posthac.

γυπῶν ἢ ὑπηνέμιον ποιεμφύων ] His omnes Vultures distin-

ſtinguit Autor ab omnibus aliis alitibus: nihil apertius, ut dixi.

ἐξ ἱκανοῦ διαστήματος] Copula adeſſet peropportune: καὶ ἐξ ἱκανοῦ διαστήματος. Vide modo.

πορίζομένη τὰ πρὸς χρῆσιν αὐτῇ βρώσιμα] πορίζομένη vox eſt ſuſpecta mihi; quia hic agitur de viſu vulturis, quo victui neceſſaria deſtinat ſibi e longinquo: Nihil apertius. Interpres, *atque e ſatis longo intervallo quæ ſibi uſui ſint, comparet edulia*: Quod certo certius ineptum eſt. Nam id faciunt omnes volucres, ut nihil de aliis animantibus dicam. πορίζεσθαι aliquando eſt *invenire & quærere excogitando:* An iſtam σημασίαν inflexit Philippus, & de vulture, qui oculis edulia ſibi deſtinat, eo ſenſu τὸ πορίζομένη adhibuit? Non puto, nec putabunt, qui Græca callent. Quid igitur? Fallor, aut vox leviter corrupta eſt, & ipſe Philippus ſcripſit, χωρίζομένη τὰ πρὸς χρῆσιν αὐτῇ βρώσιμα: *ſibi ſecernens ad victum neceſſaria.* Oculis ſecernit e longinquo edulia mox petenda: Nihil naturalius, nihil facilius. Victum quærens, e longinquo diſcernit, quæ victui eſſe poſſunt.

ἑκατὸν γὰρ εἴκοσιν ἡμέρας ἔγκυος μένει &c.] Ælianus *Lib.* 2. *Cap.* 46. *de Animal.* γῦπα δὲ ἄῤῥενα οὔφασι γενέσθαί ποτε, ἀλλὰ θηλείας ἁπάσας· ὅπερ ἐπιστάμενα τὰ ζῶα, καὶ ἐρημίαν τέκνων δεδιότα, εἰς ἐπιγονὴν τέκνων τοιαῦτα δρᾷ· ἀντίπρωροι τῷ νότῳ πέτονται· εἰ δὲ μὴ ᾖ νότος, τῷ εὔρῳ κεχήνασι, καὶ τὸ πνεῦμα εἰσρέον πληροῖ αὐτὰς, καὶ κύουσι τριῶν ἐτῶν. Quorum poſtrema non vertit Interpres. An quia incredibile videbatur ei, tam diu uterum geſtare vultures? Ita videtur certe. Scis, quid de Elephanto ſcribat Ælianus, ſcribant alii: Id incredulitatem ejus auxit. Ego tamen Græca ideo non negli-

gligam, aut Æliani Codicibus mox omnem sic denegavero fidem: Aliud est, quod facit ut dubitem, an Autor unquam scripserit, quod nunc in Libris scripsisse dicitur. Quæ de subventanea vulturum conceptione narrat, ex Ægyptiorum scriniis petita sunt, ut constat ex hoc ipso loco, & Plutarcho in *Quæst. Roman.* Hoc certum & exploratum. Jam autem diserte hic notat Noster, vulturem non diutius, quam centum & viginti dies uterum gestare: A quo cum istud Æliani abeat immensum, fors Amanuenses dederunt, quod ipse Autor non dederat. Visne conjecturam? Legendum forte, ἢ κύεσι τρίτον ἔτος, *& tertiam anni partem uterum gestant.* Sic elegantissime conspirant ista Æliani cum his Horapollinis, & vultures non onerantur nimio uteri labore: Facillimus autem est error, ut quisque videt statim. Inquies apud Philen legimus ex Æliano, quem ubique sequitur,

Θῆλυς ἡ πᾶς γὺψ, ἢ σπορᾶς ἄνευ κύῃ.
Χαίνων δὲ ἀνίπτῳ & ὑψὸ πρὸς νότον,
Συλλαμβάνῃ τὸ πνεῦμα, ἢ τρίτῳ χρόνῳ,
Στρεβλὰς πτερωτὰς ἀρ' ὑπὸ μήτρας ἐξάγει.

Fateor: Sed quid obstat, quominus ille in Libros inciderit, qui eundem errorem præferebant, quem nunc præferunt Nostri. Nihil certe, nihil. Nam & Phileti, & Aliis omnibus, qui Antiquiora describebant, id contigit sæpe: De Plinio notissima res est, & cujus exemplum insigne adferemus in his ipsis Observatiunculis. Quo recentiores autem sunt Autores, & propius ad tempora nostra accedunt, eo probabilior est errorum consensus & gemina Librorum depravatio: Hoc certum & dubii

pers. Quare illud Philetis apud me certe ponderis eſt perexigui, nec ſcripturam Æliani ſuſpectam ſtatuminare poteſt. Et ſane ut dicam, quod ſentio, non modo Philen, ſed pleroſque etiam alios, qui ea tempeſtate vivebant, depravato Æliani loco inductos fuiſſe puto, ut de vulturum uteri geſtatione ſcripſerint, quæ Antiquis plane ignota fuerant. Nam hinc etiam eſt meo judicio illud Glycæ in *Annalibus:* οἱ δέ γε τὰς φύσεις τῶν ζώων διασκεψάμενοι, τριετῆ χρόνον τοὺς γῦπας ἐγκυμονεῖν τερατεύονται. καὶ πῶς, ἄκουε· οὐκ ἐστὶν ἄῤῥενα γῦπα θεάσασθαι. ἀσυνδυάστως γὰρ αὐτοὺς τίκτειν νόμοι φύσεως παρακελεύονται· ὅθεν καὶ πᾶν τὸ γένος αὐτῶν ἡ τοῦ θήλεος φύσις ἠνέγκατο. ὅπερ ἐπιστάμενοι γῦπες, καὶ τὴν ἐρημίαν δεδιότες τῶν τέκνων, εἰς ἐπιγονὴν ἅπαν τὸ γένος στρατεύεται, καὶ δρῶσι τι σόφισμα ἄριστον. τῷ νότῳ καὶ γὰρ ἀντίπρωροι πέτανται· εἰ δὲ μὴ νότος εἴη, τῷ συγγενεῖ εὔρῳ ἁπλοῦσι τὰς πτέρυγας, εἶτα κεχήνασι, καὶ τοῦ πνεύματος ἐμφοροῦνται εἰσρεόντος, καὶ τίκτουσι ζῶα, μὴ μέν τοι γε ὠὰ ὑπήνεμια. διὸ πλείστου χρόνου δεῖται ἡ φύσις πρὸς ζώου τελεσιουργίαν. χαλεπὸν γὰρ, καὶ λίαν ἐργῶδες τῇ φύσει οὐσιῶσαι τὸ πνεῦμα, καὶ πρὸς ζῶον πλαστουργεῖν τὸ λεπτότατον. Locum Æliani aperte reſpicit, & τερατωδῆ iſtam uteri geſtationem cenſens, nihilo minus excogitat bonus, quæ eam probabilem efficiant & naturæ legibus conſentaneam. Baſilius Magnus, quem in verbis præcedentibus ſecutus eſt fide, de iſtis ne γρὺ: Vide *Homiliam* ejus 8. *in Hexaëmer.* Quod certe notandum. In Geoponicis, illo bonorum & malorum cumulo, legimus *Lib.* 14. *Cap.* 26. tanquam ex Ariſtotele; Ἀριστοτέλης φησὶ, γῦπας μύρου ὀσμῇ ἀπόλλυσθαι, κανθάρους δὲ τῇ ὀσμῇ τῶν ῥόδων. εἶναι γὰρ τούτοις σωτήριον τὴν δυσωδίαν. γῦπας δὲ μὴ συγγίνεσθαι, ἀλλὰ ἀντιπρώρους τῷ νότῳ πετομένους ἐγκυμονεῖν, καὶ διὰ τριῶν ἐτῶν τίκτειν. Quæ ejusdem ſunt notæ, & eandem erroris habent ſcaturiginem.

nem. Nam falsissimum est, quod de Aristotele dicitur, qui priora, non posteriora scripsit in Libris suis. Ipse Philosophus de vulture *Lib. 6. Cap. 5. de Animal.* τίκτουσι δὲ δύο ὠὰ οἱ γῦπες. τὰ μὲν ἄλλα ὅσα σαρκοφάγα, ἅπαξ ὤπτασι πλεονάκις ἢ ἅπαξ τίκτοντα· ἡ δὲ χελιδὼν δὶς νεοσσεύει, μόνον τῶν σαρκοφάγων, id est, ut recte vertit Interpres, *Pariunt vultures ova bina: Cætera quæ carne vescuntur, non plus quam semel anno parere exploratum est; Hirundo una bis anno nidificat.* Nihil apertius est; pessimeque nugas suas Philosopho adscripsit homo ineptus. Interpres ibi δι' τριῶν ἐτῶν τίκτειν Latine reddidit *per tres annos parere:* quod nimis insulsum est hercule, & ineptiarum alit ineptias. Nam sic vultures deterioris fuissent conditionis, quam ipsa Latona, cui partus fuit longe difficillimus propter negatum, in quo pareret, terræ angulum. Vertas missis nugis, *sed facie Austro obversa volare, atque sic prægnantes fieri, & post tres annos parere.* Annos tres uterum gestant, & illis exactis pariunt: Usum præpositionis tenent Græce docti. Et sic igitur Recentiores, Æliani Codicibus decepti, ut firmiter mihimet ipse persuadeo; sed plerique, ut antea dixi, non omnes. Nam meliora certe edoctus fuit Joannes Tzetzes ex Scriptore huic Nostro affini, ut constat ex *Chiliad.* 12. *Cap.* 439. ubi inter alia hæc leguntur,

Πένθε δ' ἡμέρας πρὸς πυγὴν πετόμενοι ἀνέμοις,
Κυρίως συλλαμβάνουσι γονὴν ὑπηνεμίαν·
Εν ἑκαλὸν ἢ εἴκοσιν ἡμέραις ἢ γλωσσῶσι
Τὰ ὑπηνέμια ὠὰ· ἐν ἢ τοσούτοις ἄλλαις
Ἐκ τῶν ὠῶν ἐκλέπτουσι, καὶ νεοσσὸς ποιοῦσιν·

Εν ἑκατὸν ἡμέραις ᾗ καὶ εἴκοσιν ἑτέραις,
Μέχρι καὶ πτήσεως αὐτῶν, ἐκτρέφουσιν ἐκείνους.

πρὸς πυγὴν πετόμενοι ἀνέμοις, *volantes ventis, qui ad nates flant.* ἄνεμοι πρὸς πυγὴν sunt venti aversi & postici, qui vulgo dicuntur οὔριοι. Moneo, quia Interpres πρὸς πυγὴν perperam separavit ab ἀνέμοις, vertens, *Quinque autem diebus natibus volantes contra ventos.* Nam sic Græca non possunt esse bona. Periti vident.

θηλυκῶς μέν τοι τὴν οὐρανόν ] Hæc tuto abesse possunt, & minus certe conveniunt, quia pro τὴν οὐρανὸν Philippo placuit τὴν οὐρανίαν: Fors a manu recentiori accesserunt, ideoque in Aldi Membranis non comparebant.

ἀποτελεῖται ] Recte Interpres *perfecta sit*: Nam Præsens non quadraret, & ipsum Præteritum hic in Præsenti latet. Alias legendum sit ἀποτελέσθη vel ἀπετελέσθη.

βασίλειον ] Regium insigne ita dicitur, ut nemo nescit: Hic vox latius accipitur, & quodvis insigne denotat, quo res a rebus principaliter distinguuntur. Ut sexus fæminei insigne, quo ab altero virili apertius distinguatur, Vultur apponitur cuivis fæminæ: Hoc appositissimum est.

μηκύνω τὸν λόγον —— ] Hæc mutila censent Viri Eruditi, & in Libris M. S. ut mutila repræsentantur: Male, nisi fallor. Nam cui bono repetitio illa, μητέρα οὐν θέλοντες σημῆναι, γῦπα ζωγραφοῦσι? Nonne Philippus id omne enarraverat antea, & quidem accurate? De eo dubitat nemo. Et cur igitur, rogo adhuc semel, id repetitum hic, & quidem ita jejune? Hoc ego non assequor, & alii etiam non assequentur, quibus ingenium est paulo felicius. Dicam, quod suspicor. Menda levissima obsidet locum,

locum, quam Critici inſulſi non potuerunt deprehendere; quo factum, ut verba male diſtinxerint, & ſic magis adhuc corruperint, mutilaque cenſuerint tandem: Si ſcripſeris, ἀφ' ἓν καὶ πᾶσαν θεὰν, ἵνα μὴ πρὸ ἑκάστης γεγράφων μηκύνω τὸν λόγον, Αἰγύπτιοι μητέρας ὅσαν θέλοντες σημῆναι, γῦπα ζωγραφοῦσι, ſententia erit apta numeroſque habebit ſuos, nec quicquam aderit, quod putide repetitum videatur cuiquam. Quid autem facilius hac conjectura noſtra? Ex ἓν implicite ſcripto facimus ὅσαν explicite ſcriptum: Imo hoc placet. Hæſchelius ad Marginem Editionis ſuæ ita ſupplebat lacunam, — τὸν λόγον, σημαίνοντες, τὸν γῦπα γράφουσιν Αἰγύπτιοι.

μήτης γάρ ἐστι θηλυκὸς ζώου] Ad vulturem hoc referendum; non modo mater eſt vultur, ſed etiam mater matrum; quia mares non ſunt in iſto genere. Nihil ſignatius. Quod de *matre ſexus fœminei* addit Mercerus, ineptum eſt & Græca non ferunt: Nam ſic ſcribendum fuiſſet, μήτης γάρ ἐστι θηλυκὸν ζῶον. Pueri vident, & ſentiunt etiam, quam marcidum ſit illud ipſum.

ἐπεὶ τούτων ἡ γένεσις ἐκεῖθέν ἐστι] Quo reſpicit τούτων? An ad ſuperiora illa, διότι καὶ ἡ γένεσις ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων, ἐν αὐτῷ ἀποτελεῖται? Nihil aliud reſtat, & niſi eo reſpiciat vocula, miſere inter verba ſociata relinquitur ſibi. Hoc ipſum tamen durum, & vix tolerabile. Niſi fallor, locus male habet: An forte legendum, ἐπεὶ τοσούτων ἡ γένεσις ἐκεῖθέν ἐστι, *quoniam tot & tantorum generatio inde eſt?* Sic vocula apte ad præcedentia illa referri poteſt, & orationis ſtructura non eſt prava. Scriptura compendiaria vitio originem dedit.

δραχμὰς ἢ δύο &c.] Hæc ego non intelligo: Quid

drachmæ ad Ægyptios? quid drachmæ ad unitatem? Ego in his talpa ſum, nec juvant Viri Eruditi: Nam Nicolaum Cauſſinum, qui vocem δραχμὰς ter mutat, ipſa ſcripturæ pervicacia refellit. Visne conjecturam? Dabo, ſed ea conditione, ut meliora proferas, ſi hora benignior tibi obtigerit. Græci drachmam una quadam linea videntur repræſentaſſe; & duas proinde drachmas lineis duabus: Hæ autem duæ lineæ erant nota unitatis apud Ægyptios; de qua hic verba faciens Philippus, non Interpretem, ſed Periphraſtem egit, & ut Græcis ſuis rem perſpicue exponeret, ſignum illud unitatis vocavit duas drachmas, earumque lineolis unitatis lineolas deſignavit. Sic omnes intelligebant ſtatim, quid Symbolum ſibi vellet, & duæ Ægyptiorum lineolæ duabus Græcorum lineolis deſignatæ, non poterant cuiquam e Græcia eſſe ignotæ. Sentisne? Certe vel hoc verum eſt & locus ſubindicat certo, vel aliud quiddam ſubeſt, cujus notitiam Amanuenſium ignavia mihi invidit. Quæ de ipſo Monadis ſigno apud Ægyptios notat Cauſſinus, Myſtica ſunt, & ego non curo, quia auctoritate carent.

Cap. 12. κάνθαρον καὶ γῦπα ] Ordinem nota: in Vulcano maſculum præcedit, in Minerva fæmineum. Nihil decentius.

ἔκτε ἀρσενικοῦ καὶ θηλυκοῦ ] Ita perbene legitur ex Libris melioribus: ὑπάρχοντος, quod Morellianus præterea exhibebat, ſententia non requirit. Hactenus nihil evidentius. Sed quid ſequens, ἐπὶ δὲ τῆς Αθηνᾶς τὴν γῦπα γράφουσιν? An id probabat naturam maſculam Deæ? Nihil inſulſius. Nam omnia in vulturibus fæminea, ut jam audivimus ſæpe. Et ſic apparet, ipſos illos Libros meliores eodem vitio

tio laborare, quo alii deterioris notæ, & vel temporis injuria, vel descriptorum ignavia feciſſe etiam vocum aliquot jacturam. Legendum saltem, ut scias, quid Autor voluerit, ὅτι ἢ τῆς Ἀθηνᾶς τὸν κάνθαρον, ἢ ὅτι ἢ Ἡφαίστου τὴν γύπα γεγόνασιν. ἔστι γὰρ μόνοι θεῶν παρ' αὐτοῖς ἀρσενόθηλεις ὑπάρχουσι. Hoc ego video, hoc tu vides: Sic mares junguntur fœminis, & naturæ communio indicatur certa. Cauſſinus de his peſſime: Aperta res eſt.

μόνοι θεῶν] Interpres, *hi ſoli ex Diis:* quod falſum eſt. Nam præter Minervam & Vulcanum plures fuerunt Dei ἀρσενόθηλεις in Ægypto. De Luna ipſe Horapollo *Cap. præced.* ἥτις (ſcilicet κανθάρων δευτέρα γένεσις) ἢ τῇ Σελήνῃ καθιερώθη, ἀφ' ἧς ἢ τὸν ἐν οὐρανῷ ταῦρον, ὕψωμα τῆς θεᾶς ταύτης λέγουσιν εἶναι παῖδες Αἰγυπτίων. Quæ aperte naturam maſculam vindicant Lunæ: Nam quo pertinebunt cæteroquin tauri vires? Alia Autorum loca de Luna mare ſciens prætereo: Notiſſima enim ſunt: Neque cumulo, quæ de aliis Ægyptiorum Diis maſculo-fœmineis aliunde afferri poſſent: Nam ea etiam ſatis nota ſunt in hac literarum luce. Sufficit, quod ſic conſtet de Interpretis ineptiis; qui cum aliis Viris Eruditis non intellexit vocem μόνος, cujus σημασία hic non excludit, ſed eximit, & aliquid præſtans notat & egregium. Vulcanus & Minerva Dei ἀρσενόθηλεις non ſunt ſoli, ſed inter Deos ἀρσενόθηλεις primarii ſunt ac præcipui; pro Diis maſculo-fœmineis habentur κατ' ἐξοχήν: Hoc aptum & ad Ægyptiorum Dogmata accommodatum eſt. Sic autem vox illa etiam alibi accipienda eſt: Adſcribamus ex Hymnis, qui Orpheo tribuuntur vulgo, exempla quædam: In Hymno Νεμέσεως eſt,

Αἰδία,

Αϊδία, πολύσεμνε, μόνη χαίρουσα δικαίοις.

In Hymno Νόμου,

Αυτὸς γὰρ μοῦνος ζώων οἴηκα κρατύνει.

In Hymno Λευκοθέας,

Μούνη δὲ θνητῶν οἰκτρὸν μόρον εἰν ἁλὶ λύεις.

In ſequenti Παλαίμονος,

Φαινόμενος σωτὴρ μοῦνος θνητοῖς ἀναφαίνῃ.

In Hymno Περσεφόνης,

Ευφεγγὴς, κερόεσσα, μονὴ θνητοῖσι ποθεινὴ.

Alia omitto, & ipſe quærere potes: Sunt enim plura. In omnibus autem iſtis aliquid eximium indicatur voce, & de uno ac ſolo minime cogitandum eſt: Nam cæteroquin improba & inepta eſſent, quæ ibi dicuntur ab initiatis: Id omnes ac ſinguli vident. Et ſic etiam in aliis Autoribus ad τὸ ὑποκείμενον accommodanda eſt vocis ſignificatio, quam nunc primus, niſi memoria fallat, tibi aperio. Unum exemplum adhuc afferam ex ipſo Horapolline noſtro: Ubi de Cucupha ſermo eſt, gratum animum eo indicatum fuiſſe legimus, διότι τοῦτο μόνον τῶν ἀλόγων ζώων ἐπειδὰν ὑπὸ τῶν γονέων ἐκτραφῇ, γηράσασιν αὐτοῖς τὴν αὐτὴν ἀνταποδίδωσι χάριν. Quod falſum eſt, ſi Interpretes ſequaris, ſed verum, ſi ſequaris me: Inter aves ſcilicet pias, maxime pia eſt illa, ideoque excellentiæ nota non immerito ei tribuitur. Videsne?

Cap. 13. Θεὸν δὲ ἐγκόσμιον] Recte vertunt, *Deum qui in mundo eſt*; *Deum mundo inhabitantem*: ψυχὴν ἐγκαρδίαν ſimiliter habuimus ſupra *Cap.* 7.

τὴν νίκην προστάσσει, ᾗ &c.] Hæc notes: Totum hoc Univerſum Circus eſt, in quo immenſa Corpora Cæleſtia cum

cum omnibus aliis inter se cursu certant: Huic certamini præest Deus ἐγκόσμιος, qui victores declarare & victoriæ præmia distribuere potest solus: Illa ipsa autem spes victoriæ est, quæ facit, ut sidera & Orbis universus in partibus suis, celerrime & absque ulla intermissione se continuo moveant. Hoc sibi volunt illa, de quibus Alii, quantum memoria repeto, ne hilum: Quare notandum est, ut dixi, hoc Ægyptiorum Dogma singulare.

πέντε μόνοι &c. ] Saturnum & Martem numero septenario eximit Mercerus: quod ego probare non possum. Haud dubie Solem & Lunam supra Planetarum conditionem extulerunt Ægyptii, & inde factum est, ut quinque remanserint numero. Et sic etiam Caussinus perbene.

Cap. 14. πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ συνόδον ] Mercerus, *cum Deæ congressu*: Recte. Nam de Dea sermo est, non de Deo. Scribe igitur in Græcis, πρὸς τὴν τῆς θεοῦ σύνοδον, ne dissona sint, quæ consona esse debent. ἡ σελήνη συνοδεύουσα ἡλίῳ sic sequitur etiam apte. Nihil evidentius. Mox ἐν τῷ μέρει τῆς ὥρας significat *partem horæ*: Interpres nimis dilute, *aliquanto tempore*.

ἔτι δὴ καὶ ἐκ τῆς ] δὴ non est apud Aldum, & abundat certe, vel potius in γὲ mutandum est: ἡ δὲ præcessit, ut vides.

τούτους δὲ τρεφομένους —— οὕτω καὶ τούτους ] Mira constructio, quæ Tautologiam exhibet manifestam: Nam οὕτω καὶ τούτους ingrate repetitur, ubi τούτους τρεφομένους præcedit. Dicam, quod suspicor: Aliquando pro genitivis absolutis adhibentur nominativi absoluti, & oratio eos paulo liberius

aſciſcit arbitrio ſuo: Res eſt Eruditis nota, & quæ ſæpe imperitis Amanuenſibus obfuit. Simile hic obſervaſſe videor mihi. Legas enim, οὗτοι δὲ τρεφομένοι ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ ἐπιμελείας τυγχάνοντες, οὐ, καθάπερ τὰ λοιπὰ ζῶα ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τελευτᾷ, οὕτω καὶ τούτους, ἀλλὰ &c, videbis ſtatim orationem ſatis bene procedere & nihil in ea apparere ſuperfluum. Nominandi enim caſus ſunt pro caſibus gignendi, & præponuntur apte, ut mox quarto ſit locus. Nihil apertius. Et ſic manifeſtum eſt, quo Aldinum τυγχάνοντες pertinuerit: In eo ſcilicet veræ lectionis ſunt veſtigia, quæ penitus Amanuenſium ſocordia non potuit delere. Si caſus accuſandi adhibuiſſet Philippus ſtatim in principio Pericopæ, haud dubie ſcripſiſſet uno ac ſimplici ductu, τούτους δὲ τρεφομένους ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ ἐπιμελείας τυγχάνοντας οὐ καθάπερ τὰ λοιπὰ ζῶα, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τελευτᾷν, ἀλλὰ &c. Hoc certum & perſpicuum eſt: Potes autem jungere cum his noſtris verba Euſtathii ad *Iliad. B. V.* 353. Ut jam monuimus, Amanuenſes inſulſi hanc conſtructionem paulo ſecretiorem interpolarunt ſæpe. Supra *Cap.* 10. habuimus, ὑφ' ἣν ἀπομένον, ζωογονεῖται τὸ τῶν κανθάρων γένος: Ubi dubito, an ſimile non irrepſerit mendum: Nam de ipſa Sphæra ibi adhuc ſermo eſt præcipuus; ideoque longe ſignatius & convenientius certe legeretur, ὑφ' ἣν ἀπομένουσα, ζωογονεῖται τὸ τῶν κανθάρων γένος, eadem ſtructura, quam hic enodavimus tibi. Locum perpende, quæſo; videbis.

τότε ὅλος ἀποθνήσκει] Legendum potius, τότε ὅλον ἀποθνήσκειν. Nam a præcedentibus pendent.

Αἰγύπτια ἐπισταμένων] Malim Αἰγυπτίοις: De literis Ægyptiis nihil præceſſit, ſed de literis ſimpliciter; & mox etiam ἐπισταμένης γράμματα ſimiliter ſequitur: Quare abundat

dat & nimium eſt Αἰγύπτια. Alterum Αἰγύπλοις contra aptum eſt & Emphaſin habet; quia illa Cynocephalorum familia, quæ eo erat ingenio, ut literas addiſcere poſſet quaſcunque, apud Ægyptios inveniebatur ſolos, aut inveniri credebatur ſaltem. Recte igitur Aldus cum Libris ſuis: Junge Ælianum *Lib.* 6. *Cap.* 10. *de Animal.*

ἢ εἰ γεγάφει ] Ita legendum eſt abſque ullo dubio: Nam ideo atramentum & ſtylus Cynocephalo appoſita.

ἰχθυώμμυον ἄρτον ] Codex Auguſtanus perbene ἰχθυώμενον ἄρτον: quod Cauſſinus veriſſime explicuit. Nam quæ de Ichtyophagis Oritis ſcribuntur, non conveniunt Ægyptiis: Dein ἄρτῳ ἰχθυώμμῳ non eſt panis ex piſcibus confectus, ſed panis, cui aliquid de piſcibus accedit: Attende modo; ipſa locutio Cauſſinum juvat.

οἱ ἱερεῖς ἐκτός ] Interpres *externi Sacerdotes:* Qui ſunt illi, & cur de illis hic ſermo? Ineptiæ & ineptiæ meræ. Poſt ἱερεῖς collocandum eſt punctum, & ἐκτὸς cum ſequentibus connectendum. Quid autem vocula iſta? An *præterea?* an *extra illud, quod jam dixerat?* Sic certe ſententia eſſet apta: Sed uſus obſtat, quo non probata eſt ſignificatio illa. Quare legendum ſuſpicor, αὐτὸς γλυπταί τε περιτετμημένῳ &c. quod perſpicuum eſt, & omnes intelligunt ſtatim: Ex ductibus literarum implicitis error.

τῷ ῥύπῳ παραφερόμμυον ] Quid illud παραφερόμμυον ad ῥύπῳ? Interpres, *nec tamen ullis a nativo colore transfertur aut inquinatur ſordibus:* Vide, quo circuitu utatur, ut παραφερόμμυον accommodet ad ſententiæ normam. Id omne tamen ineptum & jejunum: Nam nunquam ita locuti ſunt Græci. Sed eſto; ita locuti ſint ſæpe: quid tota illa ſententia ad natationis induſtriam? An qui in natando non

contrahunt ſordes, doctius & melius natant, quam qui eas contrahunt? Ne ita ſentias, ſi cachinnos non exſpectes. Et quid igitur verborum murmur ad rem ipſam? Nihil plane, nihil. Non dubito, quin locus egregie depravatus ſit ab Amanuenſium furfure: Scribe, ut ipſe Philippus ſcripſerat olim, διότι τὰ μὲν ἄλλα ζῶα κολύμβῳ χρώμενα, ῥῷ παραφέρεται, μόνον δὲ τοῦτο, εἰς ὃν τόπον προῄρηται πορεύθῆναι, κολυμβᾷ, κατὰ μηδὲν τῷ ῥῷ παραφερόμενον. Recta via natat, quo velit, nec unquam ab aquarum fluxu agitur transverſus: Hoc egregium eſt; hoc dicit, quod debet. ρῷ pro ῥύπῳ ſcribebant Veteres, & in Libris Antiquis αι & ε confunduntur millies: Inde prima depravationis cauſa.

Cap. 15. σχήματι τοιῷδε] In aliis Libris τρόπῳ τοιῷδε: Ex qua lectionis diverſitate, ad Marginem annotata, haud dubie ortum eſt illud σχήματα, quod ad finem Capitis præcedentis, paulo remotius a voce παραφερόμενον, apparebat in Libris Aldinis: Auguſtanus & Morellianus id non habebant. Vide Merceri Notas.

βασίλειόν τε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα] βασίλειον hic ſumitur pro regio inſigni; de quo non incondite Laurentius Pignorius ad *Menſam Iſiacam*: Quamquam mihi, ubi hunc locum Horapollinis jungo cum figura Cercopitheci & Cynocephali, qui in dicta Menſa Iſiaca viſuntur, fit probabilius, inſigne regium apud Ægyptios fuiſſe Lunæ exorientis ſignum, quod ipſum orbem Lunarem complectebatur, tanquam ex eo egredientem: Nam ſic Schemata illa intelligo. De Luna nova habuimus ſupra, eam ἐν τῇ ἀνατολῇ πεντεκαίδεκα μοιρῶν ὑπάρχουσαν, πρὸς τὸ ἄνω τοῖς κέρασιν ἐσχηματίσθαι: Talis autem figura eſt, quæ orbem continet

tinet totum, vel ex qua orbis exſurgit totus. Et ſic Lunam habemus, quæ primo exilis, tandem continuo creſcens ad orbem redigitur plenum ac perfectum: In quo certe aliquid eſt, quod quævis læta promittebat regi, & proinde efficere potuit, ut illud pro inſigni regio habitum fuerit perquam accommode & perquam venuſte. Sic locus hic appoſitiſſimus eſt, de quo Cauſſinus adeo inepte, ut nihil ineptius excogitari poſſit: Neque juvat bonum locus ille ſuperior de Vulture. Nam ibi ad vocem βασίλειον accedit γῦπα, & longe alia eſt locutionis indoles: Pueri vident, & in re clara verbis parco lubens.

τὸ χῆμα ὅπὶ τῆς ἀνατολῆς, ὁ κυνοκέφαλος &c. ] Diſtinctio male habet: Scribe, τῶτο γράφει τὸ χῆμα, ὅπὶ τ ἀνατολῆς ὁ κυνοκέφαλος ποιεῖται, ὡς εἰπεῖν προσδύχόμενος τῇ θεῷ. Articulus ὁ arcte cohæret cum τὸ χῆμα, & ὅπὶ τῆς ἀνατολῆς ita accipiendum, ac ſi poſt ὁ collocatum eſſet. Interpres locum fortaſſe non intellexit ſatis: Nam ideo a verbis ſingulis diſceſſionem fecit, niſi fallor. Vide modo.

ἐπειδὴ ἀμφότεροι φωτὸς μετειλήφασι ] Locus ſuſpectus: Nam quid ἀμφότεροι hic? Idne præcedentia nos exſpectare jubent? Nequaquam certe, quicquid Interpres comminiſcatur ſibi. Dicam ſuſpicionem meam: Legendum autumo, ἐπειδὴ ἀμφοτέρᾳ φωτὸς μετείληφε. Sic apte dicitur, cur Lunam orientem adoret Cynocephalus: Quia ſcilicet ortu ejus particeps fit utriuſque luminis. Sole occidente mox Lunam videt orientem, & ſic pro uno lumine luminibus fruitur duobus. Emphaticum eſt ἀμφοτέρᾳ & venuſtum: Hoc quiſque videt ſtatim. Cum autem id mutatum eſſet in ἀμφότεροι, mox μετείληφε tranſire debuit in μετειλήφασι volens nolens: Nihil apertius.

Cap. 16. Ισημερίας δύο πάλιν σημαίνοντες, κυνοκέφαλον &c.] Illud πάλιν leviter transpositum est. Nam ad latus Cynocephali incedere debet, de quo antea fuit sermo, non de Æquinoctiis. Lege, Ισημερίας δύο σημαίνοντες, πάλιν κυνοκέφαλον &c.

ζωγραφῶσι ζῶον] Sententiam male onerat ζῶον: Distinguendum puto, κυνοκέφαλον καθήμενον ζωγραφῶσι. ζῶον ἐν ταῖς δυσὶ δὲ ἰσημερίαις &c.

ἵνα ᾖ μὴ βύρύτερον τὸ ὕδωρ &c.] De his & sequentibus, quæ difficillima sunt, ita sentio. Legendum est primo, ἵνα ᾖ μὴ βύσύτερον τὸ κατασκεύασμα ὑπάρχῃ, δι' ἓ τὸ ὕδωρ εἰς τὸ ὡρολόγιον ἀποκρίνει), μὴ ᾖ πάλιν γενώτερον, ἀμφοτέρων δὲ χρεία, τὸ μὲν δὲ βύρύτερον, ταχέως ἐκφέρον τὸ ὕδωρ, ἐκ ὑγιῶς τὴ ἀναμέτρησιν τὴ ὥρας ἀποτελεῖ, τὸ ᾖ γενώτερον, κατ' ὀλίγον ἢ βραδέως ἀπολύον τὴ κοινὸν, ὁμοίως· Hoc certum & perspicuum: Sic εὐρύτερον & γενώτερον dicuntur recte de isto Cataseuasmate, quæ de ipsa aqua certe dicuntur perperam. τὸ ὕδωρ male repetitum has tenebras induxit: Nam sic locus visus est mutilus, & omnia confusa fuerunt & turbata. ἀπολύον τὴ κοινὸν est *aquam emittens*: quod scilicet ἐκφέρον τὸ ὕδωρ dixit paulo ante, hic ἀπολύον τὴ κοινὸν dicit eodem sensu. Interpres minus bene & ambigue. ὁμοίως præcedentia respicit, ἐκ ὑγιῶς τῳ ἀναμέτρησιν τῆς ὥρας ἀποτελεῖ, quæ hic repetenda sunt ἀπὸ κοινῆ: Id autem ex corrupto ἕως protraximus, in quod transierat Amanuensium imperitia, qui scripturæ compendia & literarum ductus implicitos non intelligebant. Nihil pronius aut facilius, ut sciunt periti. Dein scribendum, τὴ ἐρήθρας τρύπαν διείραντες, πρὸς τὸ ταύτης πάχος, σίδηρον κατασκευάζουσι πρὸς τὴ προκειμένῳ χρείαν. *Meatus urinarii scissuram perforantes, pro hujus crassitie ferream*

*ream*

*ream fistulam fabricantur in usum modo dictum.* Οὐρήθρα meatus urinarius est a vesica ad caulis caput, cujus aperturam τρύπαν vocat Autor: Hanc ad vivum expressam perforabant, & ad facti foraminis magnitudinem redigebant magnitudinem fistulæ ferreæ, quæ aquam per caulem deduceret, ut sic deducta cursum teneret certum. Jam nihil apertius. Pro ὑρήθρας compendiarie exaratum erat ουρας: hoc imperiti Scribæ descripserunt imperite. τρύπα autem & τρύπαν, si literæ copulentur, a τείχα non multum abludit, & facile etiam seducere potuit ignavos. Erunt, qui scripturi sunt, τῆς ὑρήθρας τρῆμα: Quod certe non displicet etiam mihi, si pro ταύτης πάχ@ legatur τάτε πάχ@: Nam articulus nominis conditionem & sexum debet sequi. Tu fac, quod velis; utrumque bonum est, & rem exprimit apte. διείρειν est trajicere & perforare, pulchreque dicitur de ipsa τρύπῃ in imagine expressa: Hoc certum. In Aldino Exemplari erat διάφραντες; quod eodem pertinuit: Nam haud dubie detortum est ex διαπείραντες, quod non diversum est a διείραντες. Nunc omnia clarent, quæ hactenus fuerunt obscurissima, nec alii Viri Eruditi potuerunt ope ingenii illustrare: Præter Mercerum, Hæschelium & Causinum, videndi sunt Gesnerus in *Historia Animalium*, & Salmasius in *Exercitat. ad Solinum pag.* 454. Qui omnes a veritatis scopo aberrarunt longe. Apage, apage illud τείπα, quod abblandiri potuit Causino: Nam ea barbaries non est in his Philippi. Dein ὑρᾶς de Cynocephali pene ineptissimum est; quia ipse caudam habet proprie dictam: Vide Pignorii *Mensam Isiacam*, ut alia prætream. Homo cauda caret; & ideo pars illa, quæ caudam refert, quanquam pro cauda minime sit, ita

ita dicitur non invenuste. Nihil certius. Quid autem Polyhistoris illud, ἐκ τῆς οὐρᾶς τρίχα δείραντες, πρὸς τὸ ταύτης πάχος σίδηρον κατασκεύαζουσι? An τρίχα δείρειν apte dicitur? An fistula, quæ crassitiem habebat unius pili, aquam commode transmittere poterat, & cum præcedenti στενώτερον omnique cohærentia loci convenit suspicio illa? Dicam libere; nihil anilius, nihil exoletius. Alia prætereo, & cum nugis diutius conflictari nolo. Cæterum in Codice Morelliano post εὐρύτερον scriptum erat τὸ ὕδωρ μομᾶ: quod ego ignoro, quid sibi velit. Visne conjecturam? Fors Lector diligens ad τὸ ὕδωρ adscripserat in Margine vocem μώμα, qua indicabat vocabulum illud spernendum & inducendum esse ibi: τὸ ὕδωρ μώμα, *illud* ὕδωρ *sperne ac ride.* μωμεύειν, μωμέειν & μωμάειν in usu promiscuo fuerunt olim. Et hoc satis probabile est profecto: Nam tales annotatiunculæ & ἐπικρίσεις millies in contextum insinuarunt sese, & eo ipso Autorum loca misere deturparunt: Eruditiores sciunt, & Nos ea de re suo loco plura.

ὡς καὶ οὐδὲ] Quantivis pretii est illud ὡς, quod ex Codice Augustano promsit Hæschelius: Nam absque eo sententia est imperfecta.

Cap. 17. Θυμὸν] *Animi præstantiam; animi magnitudinem:* Interpretes male. De Leonis iracundia agitur *Cap.* 38. *Lib.* 2.

κεφαλὴν γὰρ ἔχει μεγάλην] Paulo aliter Aristoteles in *Physiognom. Cap.* 5. φαίνεται τῶν ζώων ἁπάντων λέων τελεώτατα μετειληφέναι τῆς τοῦ ἄρρενος ἰδέας. ἔστι γὰρ ἔχων στόμα εὐμεγέθες· τὸ δὲ πρόσωπον τετραγωνότερον, οὐκ ἄγαν ὀστῶδες, τὴν ἄνω τε γένυν οὐ προεξεστηκυῖαν, ἀλλὰ ἰσορροποῦσαν τῇ κάτω· ῥίνα δὲ παχυτέραν, ἢ λεπτοτέραν· χαροποὺς ὀφθαλμοὺς, ἐγκοιλοὺς, οὐ σφόδρα περιφερεῖς, οὔτε

τε ἄγαν προμήκεις, μέγεθος δὲ μέτριον· ὀφρῦν εὐμεγέθη, μέτωπον τετράγωνον, ἐκ μέσου ὑποκοιλότερον, πρὸς δὲ τὰς ὀφρῦς καὶ τὴν ῥῖνα ὑπὸ τοῦ μετώπου οἷον νέφος ἐπανεστηκὸς, ἄνωθεν δὲ τοῦ μετώπου κατὰ τὴν ῥῖνα ἔχει τρίχας ἐκκλινεῖς, οἷον ἀνάσιλον. Ita legendus eſt ille locus. ἀνάσιλον crines ſunt a vertice in frontem reflexi: Autor Etymologici Magni: Ανάσιλον. τρίχωμα, τὸ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ μέτωπον ἀνεστραμμένον. Ita ſcribendum eſt: Nunc ordine contrario legitur peſſime, τὸ ἀπὸ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφὴν ἀνεστραμμένον. Heſychius ſuo loco: Ανάσιμον. τρίχωμα, τὸ διὰ τοῦ μετώπου ἐπὶ κορυφὴν ἐστραμμένον. Ubi idem mendum eſt, & vox capitalis præterea male exprimitur: Nam ἀνάσιλον vel ἀνάσιλλον haud dubie ſcribendum. Paulo ante in eodem Lexico legitur: Ανασεσυλιᾶσθαι. ἐστεμμένας ἔχειν τὰς τρίχας· ἀνάσιλλος στέφανος. Ubi reponendum ἀνασεσιλλᾶσθαι vel ανασεσιλλῶσθαι: Nam ab ἀνάσιλλος verbum deducitur. Nihil apertius. Illud ἐστεμμένας quantivis pretii eſt, & totum ἀνάσιλον pulchre repræſentat nobis: Unum ſcilicet capillitium, quod a vertice in frontem retrahitur, ἀνάσιλον proprie dictum non efficit, ſed crines in orbem omnes ita diſpoſiti, ut coronam quaſi referant ipſa æqualitate ſua orbiculari: Eo pertinet illud ἐστεμμένας; Circulus crinium coronæ circulum imitatur, ipſique crines ſunt coronarii. Et ſic intelligendum etiam eſt ſequens ἀνάσιλλος στεφανος: Pro ἀνάσιλλον dictum etiam ἀνάσιλλος, quod στέφανος redditur propter ipſas τρίχας ἐστεμμένας. Dubito tamen, an non legendum ſit, ἀνάσιλλον, στεφάνη: Nam & ἀνάσιλλον pro ipſo capillitio ſyncerius certe eſt, & στεφάνη, non στέφανος, de iſta capillorum ſtructura uſurpari ſolet: Vide modo Pollucem *Lib.* 4. *Segm.* 144. & 146. Quicquid ſit, elegans eſt Heſychii Gloſſula, quæ omnem ἀνάσιλλου ſtructuram aperit nobis:

Quare peſſime egerunt, qui in iſtis Grammatici pro ἐςεμμένας repoſuerunt ἐςραμμένας. Nam ſic ἀνάσιλȣ pars maxima perit, & ejus dimidia vix remanet, quæ non niſi per Metonymiam ita dicta: Crines ſcilicet a vertice in frontem deducti præcipue efficiunt, ut totum capillitium coronæ ſimilitudinem referat: hinc nomen totius datum eſt parti. Nihil vulgatius. Quid autem ἐςραμμένας eſt poſitum nude? Nugæ, nugæ, & nihil aliud. Quare peſſima eſt mutatio illa, & longe ableganda ad ipſos corvos. Apud Plutarchum & Appianum de Surena legimus: μέγιςος δὲ ὁ Σȣρήνας καὶ κάλλιςος, αὐτὸς δὲ τῇ κατ' ἀνδρίαν δόξῃ τὴν θηλύτητα τοῦ καλλȣ̃ς ȣ̓κ ἐοικὼς, ἀλλὰ Μηδικώτερον ἐσκευάσμενος ἐντρίμμασι προσώπȣ, καὶ κόμης διακρίσει, τῶν ἀλλῶν Πάρθων ἔτι Σκυθικῶς ἐπὶ τὸ φοβερὸν τῶν ἀνασίλλων κομώντων. Ubi haud dubie legendum eſt τὸ ἀνάσιλλον κομώντων: Quod Appiani Interpres veriſſime ita reddidit, *quum alii Parthi ad terrorem capillitium in frontem reflectere ſoleant.* Nam id ἀνάσιλον exigit, & crines in frontem retorti præſtant revera; ut conſtat inter alia aperte ex eo ipſo, quod hic de Leone ſcribit Philoſophus adhibita eadem voce: Capilli a vertice in frontem reclinati, & ad ipſam ſuperciliorum nubem accedentes, faciem Leonis terribilem efficiunt & ejus ἀνδρείαν quaſi repræſentant inter alia. Nihil certius. Salmaſius in Epiſtola ad Colvium de *Virorum Cæſarie* iſta Appiani & Plutarchi ita Latine reddidit peſſime, *cum cæteri Parthi Scythicum in morem ad terrorem refluo retro crine comarent.* Nam ſic omnis ille horror abeſt, & omnia invertuntur plane. Sed ille in ἀνάσιλῳ prorſus cæcutiit cum aliis Viris Doctis, qui Ariſtotelis locum rectiſſime emendantes, explicuerunt tamen peſſime, depravatis Heſychii & Ety-

Etymologi Annotatiunculis decepti. Quid, quæſo, ἀνάσιλον erit in loco Philoſophi, ſi crines denotet a fronte in verticem adductos? Idne verbis convenit? idne convenit rei? Nugæ, nugæ, quæ ſeſe ſubvertunt ipſæ: Hoc apertiſſimum eſt, & probat, quam vere correximus Grammaticorum loca. De Salmaſio plura alias: Nunc iſta non agimus. Pergamus: Qui recalvaſter eſt, nudo vertice crines reſiduos habere ſolet circa verticis ambitum; qui cum coronam quaſi efficiant, & in orbem tanquam corona cingant caput, hinc factum eſt, ut recalvaſter dictus ſit ἀνάσιλος vel ἀνάσιλλος: Suidas in V. Αναφαλαντίαν: Αναφαλαντίαν, οὐκ ἀναφάλαντον λέγουσι. καὶ Ανάσιλλον, τὸ αὐτὸ. Et in V. Ανάσιλος: Ανάσιλος. ἀναφαλαντίας, ἄκοσμος τὴν κεφαλήν. Ubi Salmaſius perperam reſcribit ἄκομος τὴν κεφαλήν: Nam ſic ipſum ἀνάσιλον tollit, & una cum eo ſignificationem vocis. Nihil perſpicuum magis. Igitur ἀναφαλαντίας dicitur ἀνάσιλος ob ipſam calvitiei coronam, & amiſſa capillorum parte τὴν κεφαλὴν eſt ἄκοσμος: Hoc ſentis jam. Cum Suidæ loco Pollucem junge *Lib.* 2. *Segm.* 26. De eo nos accuratius aliquando: Nam vix dubitamus, quin illud φάλα γὰρ κόσμος τίς, quod longe ineptiſſimum præcedentibus ſubjicitur, a ſecunda manu acceſſerit poſtea: Lexicorum fata noſti. Apud ipſum Pollucem *Lib.* 4. *Segm.* 137. & 138. ubi hiſtrionum perſonas enumerat, pro ἀνάσιμος bis legitur in Libris M. S. ἀνάσιλλος: Perperam & imperite. Ανάσιμος ille erat ὑπέρογκος, id eſt, faſtigium habebat ſummum in capite ſupra ipſam perſonam, ut diſerte notat Onomaſtici Autor: Hinc ἀνάσιλλος eſſe non poterat. Nam ipſa frons & vertex ſub faſtigio & ὄγκῳ latebant plane. Nihil indubitatius. Recte additur ibi, ἐκ μέσου ἀνατέταντ αἱ τρίχες, *cri-*

*nes ex medio capite porrigebantur*; quia faſtigium, ut dixi, prohibebat quominus a fronte & vertice porrigi poterant: Incipiebant igitur, ubi incipiebat faſtigium, & eadem altitudine apparebant, qua apparebat πρόσωπȣ pars ſuprema. Hoc quisque intelligit, & aperte refellit Eruditiſſimum Jungermanum, qui admiſſo ἀνάσιλλος, ita conſtituebat illa, ἐκ μετώπȣ ἀνατέτανται αἱ τρίχες. Nihil tale Polluci in mentem venit, aut venire potuit unquam. ἀνατείνεσθαι aliquando eſt porrigi, & ita accipi debet ibi: Fors tamen melius ſcriberetur ἀποτέτανται; hoc ego diſſimulare nolo: Sed de Polluceis ſuo loco plura. In Gloſſis Labbæi legimus, *Reburrus*. ἀνάσιλλος, ἀναφάλαντος. Quid illa? Dicam, quod ſuſpicor. *Burrus* eſt, qui a cibo & potu rubet: Feſtus Pompejus diſerte, *Burrum dicebant Antiqui, quod nunc dicimus rufum: Unde ruſtici burram appellant buculam, quæ roſtrum habet rufum. Pari modo rubens cibo ac potione ex prandio burrus appellatur*. Idem *reburrus*; ut *ſimus*, *reſimus*, *calvus*, *recalvus*, aliaque id genus habemus multa: Hoc certum. Sed quid illud ad ἀνάσιλλον & ἀναφάλαντον? Fallor, aut vox Latina hiſtrionis perſonam reſpicit, & ad Scenam referenda eſt: Scilicet Momus & irriſor erat ille *reburrus*, qui ideo faciem habebat perquam rubentem, ut ſic ipſo colore animaret jocos ſuos ac ſales; Ille autem Græce expoſitus ἀνάσιλλος & ἀναφάλαντος, quia ſimul erat recalvaſter, & ut res ſuas melius ageret, ad ruborem faciei accedebat capitis calvities. Quid quæris? Hoc appoſitiſſimum eſt: Et ſic Interpretatio Græca ad ipſam perſonam pertinet, non ad primitivam vocis σημασίαν. Perſona rubicunda & recalva dicebatur *Reburrus*, eamque ἀνάσιλλος & ἀναφάλαντος deſignant: Similia apud

apud Pollucem extant plura, nec alia haud dubie Latinorum fuit conditio, de quibus nos suo loco accuratius. Sic lux etiam nunc Isidoro, apud quem scribitur in Glossis, *Reburrus*, *hispidus*. Scilicet histrio ille *Reburrus*, & rubens erat, & recalvaster, & barba præterea pilisque horridus: Eo respiciens Isidorus, *reburrum* explicuit *hispidum*, ut Græci respectu simili ἀναφάλαντον. Nihil accommodatius. Quæ Alii de his narrant, inepta sunt, & adversis frontibus inter se pugnant. Vide modo Salmasium ad *Vitam Carini*. Certe eleganter adornata fuit, si verum est, quod suspicor, persona illa Satyrica: Nam & calvities, & facies hispida, & color rubentior, mire conveniunt dicaci & irrisori. Id omnes sentiunt statim. Addamus tandem illud: ἀνάσιλος & ἀνάσιλλος promiscue scribitur, ut constat ex jam allatis: Ista vox composita est, & a simplici σιλὸς originem ducit præcipuam; σιλὸς, σιλλὸς, ἀνάσιλος, ἀνάσιλλος, ut φάλαντος, ἀναφάλαντος, aliaque sexcenta: σιλλοὶ autem dicti Satyri & irrisores ab ipsa calvitie, quæ illis propria quasi est: Hesychius in Lexico, Σιλλὸς, ἀνάφαλαντος, μῶμος, κακολογία, ἢ χλευασμός. Inde verbum σιλλεῖν & σιλλᾶν pro dicteria fundere: Idem Hesychius, Σιλλοῖ, μωκᾶται, ψέγει, κακολογεῖ. Et, Σιλλεῖ, ἀναξαίνει, λυπεῖ. Qui ab ἴλλος deducunt σιλλὸς, ridiculi sunt, & ipsorum σιλλῶν merentur dicteria: Idem autem σιλὸς, quod σιλλὸς, ut diximus jam: Et quid igitur? An a σιλὸς fortasse fit Σιληνὸς, qui & dicax, & recalvaster? Certe hoc longe magis arridet mihi, quam alia Aliorum commenta: σιλὸς, σιλέω, Σιληνὸς. Nihil appositum magis. Sed hæc sufficiant hic; quæ occasione loci Aristotelici paucis exponere, Lector, mihi visum fuit e re tua.

ἥλιος δὲ ὁ Ωρος ἀπὸ τοῦ τῶν ὡρῶν κρατεῖν] Hæc Philippus de ſuo adjecit, & Græcorum indolem aperte reſpirant: Ægyptii Ωρου Etymon nunquam ab ὥραις deduxiſſent.

Cap. 18. λέοντος τὰ ἔμπροσθεν ζωγραφοῦσι] In quibus non modo vires, ſed etiam νάρξ θοὴ, ut eſt apud Oppianum *Lib. 3. Cyneget. V. 53. & ſeq.*

Εκλυον αὖ κἀκεῖνο λεοντοκόμων αἰζηῶν,
Δεξιτερὴν ὑπὸ χεῖρα φέρειν αἴθωνα λέοντα
Νάρκα θοὴν, τῇ πάντα λύειν ἀπὸ γούνατα θηρῶν.

Sed locus eſt ſuſpectus: Nam ἀπολύειν γούνατα θηρῶν de νάρκῃ, ubi nihil aliud accedit, certe perquam ingratum eſt & durum. Ipſe Oppianus *Lib. 2. Halieut. V. 81. & ſeq.* de Torpedine piſce

Οἷον δ' ὀρφναιοίσιν ἐν εἰδώλοισιν ὀνείρων
Ανδρὸς ἀτυζομένοιο καὶ ἱεμένοιο φέβεσθαι,
Θρώσκει μὲν κραδίη, τὰ δὲ γούνατα παλλομένοιο
Αστεμφὴς ἅτε δεσμὸς ἐπειγομένοιο βαρύνει·
Τοίην γυιοπέδην τεχνάζεται ἰχθύσι νάρκη.

Alia ſimilia prætereo. Dein, quis præter Oppianum illud prodidit de Leone? Nemo, hercule, nemo. De Hyæna tale quid narratur, ut notum: Sed omnia in iſto animali prodigioſa, & tot tantiſque deliramentis obſeſſa, ut deſit ipſe finis: Sciunt, qui Animalium Hiſtoriam tenent. In Leone nihil tale, & indoles ejus generoſa, multumque a fabellis trivialibus abhorrens: In memoriam modo revoca, quæ de Leonis magnanimitate & vi aperta legiſti aliquando apud Ariſtotelem, Plinium, Alios. Quare ego certe νάρκα probare non poſſum. Sunt, qui pro eo reponunt

nunt σάρκα: Sed id minus adhuc probaverim. Quid igitur? Scribendum ſuſpicor plane ἄλκα: Sic nihil convenientius, & nihil appoſitum magis ad hunc ipſum locum. In anticis maximum eſt Leonis robur, & ea ita a natura comparata ſunt, ut dextra adhuc fortiora ſint ſiniſtris: Hoc omnes intelligunt; hoc omnes probabunt. ἄλξ pro ἀλκή ipſis Tyronibus notum eſt ex Homero: Literæ autem Verſuum initiales, errores excluſerunt infinitos in Libris, ut Eruditi ſciunt; Unde factum, ut cum hic Νάλκα pro Αλκα male appicta litera exaratum eſſet, mox Criticorum ingenio in locum ejus ſucceſſerit Νάρκα: Quid, quæſo, pronius aut facilius?

Cap. 19. τοῖς κλείθροις τῶν ἱερῶν] *Templorum januis*: quicquid claudit, κλεῖθρον dicitur; hinc κλεῖθρον pro janua, quæ domus eſt clauſtrum: Heſychius in Lexico, Κλεῖθρα. μοχλοὶ ἀσφαλείας, πύλαι. Alia omitto. Cuperus in ſuo *Harpocrate* de ſera hic perperam cogitat: Quod Noſter vocat κλεῖθρον, Plutarchus vocavit θύρωμα in verbis ab Hæſchelio adductis: Sed ea etiam infeliciter tentabat Vir Doctus.

Cap. 21. εἰς λέοντα γενόμενον] Hæſchelius ad Marginem Editionis ſuæ: λέοντι *M. S. ubi præpoſitio* ἐν *deeſt.* Sit ita, per me licet; Alias pro γενόμενον forte ſcriptum in Libris quibuſdam συγγενόμενον: Nam ſic λέοντι præpoſitionem non requirit.

τὴν ἀνάβασιν ϛ Νείλε] Cod. Morell. ϛ θεῦ pro ϛ Νείλε: quod plane ineptum eſt. Pro πόλαμος olim ſcribebant ποτε: An inde enata eſt lectio illa? Hoc verum eſſe poſſet: Nam & alii errores ex iſta contractione. Videbimus ſuo loco.

ἢ τὰς χολέδρας] Nec χολέδρας, nec χολύδρας Græcum eſt: Tu ſcribe deleta litera, ἢ τὰς χολέρας. Heſychius optimus Grammaticorum, Χολέρα. σωλὴν, δι' ὃ τὸ ὕδωρ ὑπὸ τῶ κεράμων φέρεται ἐξακοντιζόμενον. Nihil potc expreſſius. χολὰς & χόλιξ inteſtinum, ὑπὸ τ῀ χολῆς: Qui accurate volebant loqui, χολάδας dicebant τὰ ἔντερα, χόλικας vero τὰς τῶ βοῶν κοιλίας: Vide Ammonium περὶ ὁμ. ἢ Διάφ. Λέξ. Ariſtophanes ibi in *Babyloniis*, Η βοϊδαρίων τις ἀπέκτεινε ζεύγε χολίκων ἐπιθυμῶν. Verſus eſt Anapæſticus Tetrameter Catalecticus, qui ab ipſo Ariſtophane dicitur Ariſtophaneus: Viri Eruditi in Fragmentorum Sylloge inepte ex uno Verſu bono duos fecerunt malos. Igitur ſi non omnes Græci, ita ſaltem politiores Attici vocabula diſtinguebant. Fel inteſtina permeans, ipſis inteſtinis indidit nomen, & a χολῆς vel χόλε dicta ſunt χολάδες & χόλικες: Hoc certum. Qui a χύσις & χύειν Etymon deducunt, ridiculi ſunt, & ipſo literarum ſono refelluntur. Ab eodem χολὴ vel χόλε quin χολερὸς deductum ſit, nullus ego dubito: Nam eo pertinet χολερὰ νόσος, pro quo nunc abſolute dicitur χολέρα, *morbus bilioſus*: Quicquid ſcilicet ad bilem pertinet, dictum χολερὸν: Unde τὰ χολέρα olim etiam abſque dubio τὰ ἔντερα & inteſtina: Nam ad τὸν χόλον vel inprimis ſeſe referunt, ut conſtat ex nominibus, quibus indicantur vulgo. Sic autem pro τὰ χολέρα etiam uſurpatum αἱ χολέραι, ex voce adjectiva, ſicuti moris erat, facta voce ſubſtantiva. Vides, quo hæc tendant? Sic tandem ſcimus, quam appoſita ſit vox χολέρα pro tubo: Ita ſcilicet dictus eſt, & eleganter dici potuit tubus, a ſimilitudine inteſtinorum, quam aperte refert, & ipſa forma exprimit ſua. Nunc & Heſychio & Philippo lux certa.

λεοντο-

λεοντομόρφους] Idem illud notatum Plutarcho in *Symposiac. Lib.* 4. *Quæst.* 5. sed loco insigniter corrupto, quem hic in transitu corrigam. Legitur vulgo: κρῆναι δὲ καὶ καταχάσματα τῶν λεοντείων ἐξίασι κρουνοὺς, ὅτι Νείλος ἐπάγει νέον ὕδωρ τῶν Αἰγυπτίων ἀρούραις, ἡλίου τὸν λέοντα παροδεύοντος. Quæ vertit Interpres: *& quod Leontini fontes & hiatus suos nova aqua repletos inveniunt, Nilo exundante, quando Sol per Leonem transit.* Adeo inepte, ut nihil magis. Scribe missis nugis periculo meo, κρῆναι δὲ καὶ κατὰ χάσματα τῶν λέοντων ἐξίασι κρουνοὺς, ὅτι Νείλος &c. *per rictus Leonum emittunt latices suos perennes &c.* Ex λέοντων errore solenni factum est λεοντείων: χάσμασι λεοντείοις in altero loco Plutarchi rectum est, ut ipsi decennes vident.

κατ' εὐχὴν πλεονασμοῦ ὑγρότητος —— ] Locus mutilus & truncatus, quem ego restituere non possum: πλεονασμὸς hic est benigna humoris copia; aquæ ubertas magna: Hoc certum videtur mihi ac perspicuum, ubi ad verborum cohærentiam attendo. Sententia fuerit: Quapropter in hodiernum usque diem sibi precantes aquæ ubertatem, Symbolo isto utuntur. Et sic Merceri τῷ αὐτῷ σημείῳ χρῶνται locum habere posset. κατ' εὐχὴν πλεονασμοῦ ὑγρότητος idem est, quod εὐχόμενοι πλεονασμὸν ὑγρότητος: Cum Symbolo isto utuntur Ægyptii in Canalibus & Aquæductibus suis, eo ipso aquæ ubertatem sibi exoptant. Ita intelligendus est locus. In Codice Morellii post hæc verba scriptum erat, καὶ ἓν χωρίων γέμοντες τὸν οἶνον ζῶον λέοντα: Quæ in suis Membranis etiam repperit Pierius Valerianus. Nam eo referendum est, quod *Lib.* 1. *Cap.* 13 *Hieroglyph.* legimus: *Illud non omittam, quod Horus Apollo tradit, in supplicationibus pluvias exposcentibus, plerisque in locis Leonum ora vi-*

*no prolui fuisse morem. Sed advertendum est, vulgatos Hori Codices hoc loco depravatos esse.* Quid de istis dicemus? Latina Pierii ineptias alere, certum est; quid Græca faciant, incertum, quia scriptura eorum est incerta. Visne conjecturam? Dabo: Autor Græcus, quem Stephanus Le Moyne trivit, apud Cuperum in *Harpocrate* de hac Ægyptiorum superstitione ista scribit hisce gemella: ἐν Αἰγύπτῳ ἡ τοῦ Νείλου ἀνάχυσις καὶ ὑπέρελυσις κατ' ἐκεῖνον εἰώθει γίνεσθαι τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ὁ ἥλιος ἐν τῷ λέοντι ἐστὶ· τηνικαῦτα γοῦν οἱ Αἰγύπτιοι τάτε δημόσια καὶ μεγάλα λουτρὰ ἤνοιγον, καὶ τοὺς ἀπανταχόθι κρουνοὺς τῶν ὑδάτων, εἰς σύμβολον τοῦ ἐπισταμένου λεοντοπροσώπους ἐποίουν· κἀκεῖθεν ἐπεκράτησε, καὶ τὸ τοὺς ὑπολημνίων κρουνοὺς λεοντοειδεῖς κατασκευάζειν, εἰς μίμησιν τῆς Νειλώου ὕδατος προχύσεως προσκαλουμένων ἡμῶν οἱονεῖ καὶ τὴν τοῦ οἴνου δαψιλῆ καὶ ἄφθονον διαῤῥοὴν. Ex quibus colligo, simile quid de vasorum torcularium tubis in isto Codicum additamento fuisse dictum: Nam τὸν οἶνον, quod eo pertinet, Græca diserte habent. Fallor itaque, aut ista etiam sunt mutila, & partem modo exhibent rei dicendæ: Scribendum enim suspicor, καὶ ἐγχώριοι γὲ νὺν ὄντες τὸν οἶνον, ζῶον λέοντα——. Quæ, ut vides, æque ac verba præcedentia, sunt lacera & accisa: Dicere voluit, qui hæc scripsit; Quare & indigenæ nunc viventes vinum, Leonis imaginem vasorum torcularium tubis affingentes, in dolia excipiunt. Sic sententia est manifesta, & quod Autor ille dixerat, etiam dixerunt ea: Hoc quisque videt. Notandum autem illud προσκαλουμένων ἡμῶν cum sociis suis: Nam ex istis apparet, illud κατ' εὐχὴν πλεονασμοῦ ὑγρότητος recte a nobis expositum esse paulo signatius & exquisitius.

τὸ μὲν ὑδρεῖον] Ita legendum est absque ullo dubio cum Li-

Libris M. S. Apage, apage Merceri νέον, quod hic expreſſit in Verſione ſua.

γλωτταν τὸ εἶναι ] Hæc longe ineptiſſima ſunt, ſi Viros Eruditos audias. Dicam paucis, quod verum eſt: τὸ εἶναι referendum eſt ad præcedens ὑγρῷ, & verba hoc, & nihil aliud, ſignificant; *Linguæ vero, quia hanc perpetuo in humido exiſtentem, etiam genitricem ipſius humidum eſſe aſſerunt.* Lingua humido gaudet, & facit, ut ſibi humidum perpetuo adſit: ipſius εἶναι τὸ ὑγρὸν genitrix eſt. τὸ εἶναι vicem ſubſtantivi gerit, & idem eſt, quod τὸ ὄν: Nihil frequentius apud Græcos: Quare γλῶτταν τὸ εἶναι explicari poteſt γλῶτταν τὸ ὄντως. Niſi forte ipſum ὄντως pro εἶναι ex Philippi calamo exierit, & literarum nexus deceperint Amanuenſes ignavos. Eruditi videant. Mihi τὸ εἶναι non diſplicet: Lingua facit, ut ſit humidum, & ut perpetuo id ſuppetat ſibi. Imo hoc accommodatius, ut nunc animadverto, quam alterum: Nam lingua in ore non eſt proprie genitrix τῷ ὄντως ὑγρῷ, ſed τῷ εἶναι ὑγρὸν. Hoc ſciunt, qui linguæ munus norunt. Quare locutio conciſior ita accipienda eſt, nec de alia lectione cogitandum.

ὅτι ἡ γλῶσσα ἡ Αἰγυπτίων τὸ ὕδωρ &c. ] Hæc potiſſimum reſpiciunt illa, ἐρεινὸν τὴν γῆν ὕδωρ βλύζουσαν: Junctim ſcilicet duo iſta Symbola, hydriarum trium & cæli terræque aquam ſcaturientium, hiſce omnibus explicantur. Quod moneo, ne male accipias, & quædam deeſſe putes.

ἐπεὶ μέση τοῦ οἰκουμένης ὑπάρχει ] Vitium alit ἐπεὶ, & locum deturpat: Nam illud αἰτιατικὸν hic prorſus inſulſum eſt. In re clara verbis parco; & Viri Eruditi certe culpandi, qui adeo inficeta potuerunt vertere & probare.

Tu ſcribe abſque mora, μόνη δὲ ἡ Αἰγυπτίων γῆ, ἥπερ μέση τῆς οἰκουμένης ὑπάρχει, καθάπερ ἐν τῷ &c. *ſola vero Ægyptiorum terra, quæ Orbis media eſt, ſicuti &c.* Sic nihil decentius: Ex utroque conſtat juxta Autorem Noſtrum, quod Ægyptus aquam ſibi procuret ipſa, & ſcaturigines habeat domeſticas: Nam & media æſtate aſcendit Nilus, & Ægyptus in ipſo Orbis umbilico ſita eſt. Vident omnes, qui aliquam habent rerum naturalium notitiam. Ipſe error facillimus eſt & fratres habet longe plurimos: Eruditi ſciunt.

Cap. 22. θυμιατήριον καιόμενον &c.] Ex his Gulielmus Xylander Plutarchum emendat in *Libro de Iſide & Oſiride pag.* 355. Sed nimis arbitrarie & minus perite: Tu ſcribe mecum, τὸν δὲ οὐρανὸν, ὡς ἀγήρω διὰ ἀϊδιότητα, καρδίαν θυῶν ἐχάρας ὑποκειμένης. θύω & θύον idem ſæpe, quod θυμίαμα: hinc θυῶν ἐχάρα focus, in quo fiunt ſuffitus & adolentur thura; adjectio eſt elegans, quia ara major, in qua victimarum fit oblatio, etiam ἐχάρα dicitur. ἐχάρα θυῶν igitur ipſum θυμιατήριον eſt, & acerram denotat venuſte.

Cap. 23. ὀνοκέφαλον] *Hominem aſinino capite:* De Animali non cogitandum hic cum Interpretibus, nec de ſolo aſinino capite, ac ſi ὀνοκέφαλον pro ὄνου κεφαλὴν ſcriptum eſſet. Ut κυνοκέφαλος, & alia gemella extant, ὀνοκέφαλος hic fictum. Aſininum caput pro capite humano ſumtum loco Symboli, ad denotandam hominis ſtupiditatem: Hoc aptum. Alia non ſunt unius aſſis.

Cap. 24. χωλὸς γραμμάτων] ἀποτρόπαιον ἢ μυσικῶν: Talia multa. Literas hic a Symbolis debemus accurate diſtinguere.

Cap.

Cap. 25. ὡς ἢ ἐκλιπόνι τῷ &c.] Dubito, an hæc satis syncera sint: Fortasse scribendum, γεώδη τινὶ ἐμφερὴς, οὗ ἢ ἐκλιπόντος τῷ ποταμῷ, συνεκλείπῃ. Vocem γεώδη respicit οὗ: Si limus, si terrestre illud fluvio desit, ipsa rana deest simul. Attende, & cum his compara Ælianum in *Animal. Histor. Lib. 2. Cap. 56.*

Cap. 27. ὕφαιμον ὀφθαλμὸν] Non arridet mihi oculus iste subcruentus. Nam quid significat hic? Nugæ, nugæ. Scribendum suspicor, γλῶσσαν ζωγραφῶσι, ἢ ὑφαὶ τὸν ὀφθαλμὸν. Infra linguam pingebant oculum, ut sic πρωτεῖα & δευτερεῖα sese proderent. Mox eadem de causa manum habemus sub lingua, γλῶσαν καὶ χεῖρα ὑποκάτω. Quid, quæso, convenientius?

οὕτω γὰρ οἵ τε λόγοι τελείως τ᾽ ψυχῆς &c] Ineptiunt Græca & cum Græcis Latina: Scribe una litera mutata, ἔτοι γὰρ οἵ τε λόγοι &c. Articulus præcedens ὀφθαλμοῖς commodissime respicit: Oculi sunt animi sermones. Nihil certius aut appositum magis.

εἴπερ ἢ ἑτέρα λαλιὰ παρ᾽ Αἰγυπτίοις ὀνομάζε] Hæc etiam inepta sunt in utraque Lingua: Scribe, ἥπερ ἢ ἑτέρα λαλιὰ παρ᾽ Αἰγυπτίοις ὀνομάζον]. *Unde & alter sermo apud Ægyptios vocantur.* De oculis adhuc sermo, qui ἑτέρα λαλιὰ dicuntur Ægyptiis, quia per illos loquitur ipse animus. Hoc indubitatum est.

Cap. 29. ἀαιὲ] Vide Bochartum in *Hierozoic. Part. 1. pag.* 866. Ex sono vox ita videtur facta.

ἀέρος φωνὴν] Non inelegans hoc: Similiter accipiendus locus ille Euripidis in *Hippolyto Coronato Vers.* 1200. *& seq.*

Ενθέν τις ἠχὼ χθόνιος, ὡς φωνὴ Διὸς,
Βαρὺν βρόμον μεθῆκε, φερικώδη κλύειν.

Διὸς φωνὴ *tonitru* est: Interpres ibi perquam dilute, *sicut vox Jovis.* Quanquam revera dubito, an id pro loci istius indole non sit nimis sublime, satisque cum ἠχω χθόνιος conveniat: Scis, quid mihi in mentem veniebat aliquando? Scribendum suspicabar, ὡς φωνὴ λιὸς, *ut vox Leonis.* Λ & Δ in Libris M. S. millies confunduntur, & minus tritum est λιὸς: hinc error leviculus fortasse. Sed ea de re plura ad ipsum locum.

γράφουσι, τετέρι βροντὴν] Tonitru scilicet pingunt, id est, nubes collisas igneque coruscantes.

Cap. 30. τὰς πρώτας τροφάς] Mercerus *primam educationem*: Ambigue & male. Vertas, *primam alimoniam; primum victum.* Ægyptii παπυρόφαγοι satis noti sunt ex Herodoto & Æschyli Scholiaste. Cum Dioscoride aliter tamen Plinius; sed falso, ut a Viris Eruditis jam observatum. Vide *Lib.* 13. *Cap.* 13. *Natural. Histor.* ἀρχαιογονία a Mercero recte vertitur *antiqua origo*: quod γενικῶς accipiendum est, & quicquid perquam vetustum est, indicat. Dalecampius ad locum Plinii id εἰδικῶς ad ipsam Ægyptiorum originem refert; *originem suam significantes*: Improvide & nullo judicio. Nam ex papyri esu non poterant Ægyptii antiquitatem suam probare, quia aliæ Gentes sic statim papyro opposuissent glandes suas: Hoc certum & perspicuum.

Cap. 31. ἀρχὴν στόματος] *Primas partes oris*, quæ sunt ante fauces & guttur. Mercerus minus apte, *oris initium.*

ἐπειδὴ πασὰ γεῦσις τέτοις τελεῖται] Nihil ineptius, ut ipsa distin-

distinctio probat, quæ in his adhibetur. Scribendum absque dubio est, ἐπειδὴ παραγεύσις τούτοις τελεῖται. *his enim fit gustus primus*, & imperfectus. Minus est παραγεύω, quam γεύω; παραγεύσις, quam γεῦσις: Sciunt, qui Linguam callent. Illud τούτοις ad præcedens γλῶσσαν ἐπὶ ὀδόντων referendum est junctim: Nam solos dentes respicere non potest. Sic locus perspicuus est & aptus.

Cap. 32. ἢ πρὸς τέκνα γλυέσεως ] γλύεσις πρὸς τέκνα nova locutio est, quales in hoc Opusculo occurrunt plures: Nisi locus corruptus sit ab Amanuensibus, qui scripturæ compendia non intelligebant, & ipse Philippus scripserit manu sua, ἀρχὴν τ̃ πρὸς γυναῖκας συνουσίας ἢ τ̃ τέκνων γλυέσεως, οἱ ἄνδρες ἔχουσι. Et hoc certe improbabile non est: Nam, ne quid dissimulem, locutio illa nimis nova est, ideoque peccat. Attende, attende modo.

Cap. 33. ἐπειδὴ γὰρ τὰ τέκνα ἐξ ὑδονῶν εἴπομεν εἶναι ] Ineptum est ἡδονῶν, & a verbis sequentibus plane abhorret: Scribe, ἐπειδὴ γὰρ τὰ τέκνα ἐξ ἡδονῆς εἴπομεν εἶναι. Sic recte subjicitur, ἡ ἢ συνουσία ἐκ δύο ἡδονῶν &c. De una ἡδονῇ etiam sermo fuerat antea. Mercerus in Codice suo invenerat, ἐπειδὴ γὰρ δεκαὲξ ἡδονὴν εἴπομεν εἶναι: Quod appositissimum quoque est. Nam Sexdecim voluptatem voluptatisque esse indicem Capite præcedenti dixerat Noster προηγουμένως. Quare ita legere possumus perbene. Scis, quid censeam? Utraque lectio in Libris olim comparuit jure suo.

ἔκ τε τ̃ ἀνδρὸς, ἢ τ̃ης γυναικὸς ] Pravum hoc, ubi ἡδονῶν præcedit: Hoc quisque videt. An scribendum, ἐκ δύο ἡδονῶν συνέσηκεν, ἐκ τ̃ης τ̃ ἀνδρὸς, ἢ τ̃ης γυναικὸς? Ita videtur: Nam articulus τ̃ης positus semel, utramque & maris & fœminæ voluptatem respicere potest absque ullo periculo.

Alias

Alias legendum, ἐκ δύο ἡδονῶν συνέστηκεν, ὅτε ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικός. Sic ejecta præpositione, quam literæ præcedentes potuerunt gignere, ἡδονῶν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς arcte cohærent, & oratio est rotundissima.

Cap. 34. πλημμύραν ] Verum est, quod Caussinus de hac voce scribit: Idem Hesychius in Lexico, Πλημμυρεῖ. πέπληθεν. Et, Πλημμυρὸν. μεστὸν, πεπληρωμένον. Deducta est hæc significatio ab altera prima. Nam πλημμύρα proprie est *inundatio*: μύρω, ῥέω; πλυμμύρω, τῇ πλήμῃ μύρω. Suidæ Lexicon, Πλήμη. ἡ πλυμμύρα τῆς θαλάσσης. Ubi male dubitant de scriptura: Nam πλήμη idem, quod πλήσμη. Hesychius, Πλῆμα, πλήρωμα. Et, Πλημοχόη. τῇ ὑστεραίᾳ ἡμέρᾳ τῶν μυστηρίων κοτυλίσκους πληροῦσιν, οὓς καλοῦσι πλημοχόας. Utrumque fit a πλέος: Quare in istis vocibus eadem est translatio, quæ in voce πλυμμύρα, & sicuti hæc ab inundatione ad repletionem transfertur, ita illæ a repletione ad inundationem: Hoc quisque sentit. πλήμνη aliter vulgo accipi solet pro rotæ modiolo: Quare Antiqui Critici in isto Hesiodi Versu, Αὐτὸς δ' ἐν πλήμνῃσι διϊπετέος ποταμοῖο, non ita improvide pro πλήμνῃσι reposuerunt πλήσμῃσι. Sed ea de re alias: Nunc ista non agimus.

καὶ πάντας ἐξερευνᾷ ὁ ἥλιος ] Codex Morellii πάντα: Ita legendum absque dubio. Genus masculum non convenit.

εἶθ' οὕτω πολὺς —— ] Locus lacunosus, etiam apud Aldum: Epithetum haud dubie intercidit, quo Sol propter ipsum illud πλεῖον peculiariter indigitatus est. εἶθ' οὕτω πολύς ἐστι, ὥστε —— ὀνομάσθη, *dein ita abundans est Sol, & copia exuberat sua, ut —— vocatus sit.* Vides? Sic una vox, vel unum Solis Epithetum desideratur, quod ego restituere non possum; quia incertum est, quodnam ex longe plurimis

mis ſumſerit Noſter: Eruditi ſciunt, nec ipſis Tyronibus ignota res eſt. Mens Autoris patet, & verborum ratio conſtat: Hoc ſufficit, & nunc præſtitimus primi: Nam Alii aliena narrant. Pro ὀνομάθη in Libris quibuſdam ſcriptum erat ὀνομάζῃ & ὀνομάζε: Quæ diſcrepantia annotata excluſit ineptiſſimum illud ὀνομαθήσε, vel ut in hac Noſtra Editione excudendum fuerat, ὀνομαθήτε: Nam ita & Hæſchelius & Aldus ediderunt ex Libris ſuis. Alterum Merceri correctio eſt, & ſeſe in contextum inſinuavit male.

Cap. 35. ἀλλὰ πενλακοσίων ἐτῶν παραγίνε] Annorum numerus procul dubio eſt corruptus: Nam ubi *Lib.* 2. *Cap.* 89. Cornici tribuuntur anni quadringenti, & *Lib.* 1. *Cap.* 1. Baſiliſcus propter longiſſimum vitæ ſpatium dicitur μόνον ἀθάνατον, numerus hic annorum nimis certe exiguus eſt pro Autore Noſtro, qui *Cap. præced.* Phœnicem dixerat πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πολυχρονιώτατον. Quid igitur? Nullus ego dubito, quin Amanuenſes Numerorum notas male expreſſerint, & ipſe Horapollo vel ſeptem annorum millia, vel annos ſaltem mille quadringentos ſexaginta unum, Phœnici pro vitæ ſpatio adſignaverit: Videndus eſt Tacitus loco notiſſimo, Aliique Viri Eruditi, qui iſta examinarunt: Res eſt ſatis trita, nec hic explananda mihi.

λέγεται δὲ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων &c.] Hæc longe ineptiſſima ſunt, & Viri Docti corrigendo non extricarunt, ſed intricarunt. Rationem reddit Autor, quare Phœnicem poſt mortem honorent Ægyptii, ut ipſa animalia ſacra, eoque pertinent hæcce: Scribe igitur, λέγεται δὲ μᾶλλον τῶν ἄλλων ὀρνέων ἡλίῳ χαίρειν ὑπ' Αἰγυπτίων. Sic nihil apertius:

tius: Quia ardentius, quam omnes aliæ volucres, Solem, qui summus est Ægyptiorum Deus, colit Phænix; eum vel inprimis post mortem honorandum sibi existimarunt Ægyptii: Hoc ipsi pueri capiunt. Pro ἀνθρώπων olim scribebatur ανων; Id in ὀρνέων contracto latere credidit Stipes: Critici sciunt, & plusculi inde errores, de quibus nos alias. Sed sequentia etiam laborant & ope indigent nostra: Scribe commate post Αἰγυπτίων collocato, δι' ὃν καὶ ὁ Νεῖλος αὐτοῖς πλημμυρεῖ, ὑπὸ τῆς θερμότητος τούτου τοῦ θεοῦ. Sic ratio beneficii constat, ab ipso Numinis beneficio desumta: *per quem*, Solem, *& Nilus illis exundat*, *calore scilicet istius Dei.* δι' ὃν exponitur sequenti ὑπὸ τῆς &c. Quare subaudiendum est δηλονότι, ut in Versione expressimus: Et sic ipsi politiores sæpe, ut sciunt, qui Linguam callent. Nunc planus & perspicuus est locus.

ἀποδοθήσεται] Nihil ineptius iterum: Lege ἀπεδόθη; pro quo in Libris quibusdam scriptum ἀποδέδοται, quod ipsa varietate sua produxit vulgatum ἀποδοθήσεται, similiter ut de præcedenti ὀνομασθήτεται notavimus.

Cap. 36. τῇ καρδίᾳ ἐστὶν ἐμφερής] In M. S. Morellii ἀμερὴς; quo nihil insulsius. Fors in Libro Antiquiori scriptum fuit ομερης pro ὁμοιομερὴς: Inde enatum postea ἀμερὴς. Sed ἐμφερὴς optimum tamen, nec dimittendum: Æliani locus vice Commentarii esse potest.

Cap. 37. εἰς πάντα τὰ φυτὰ] *In omnia, quæ oriuntur ex hac terra:* εἰς πάντα τὰ φυόμενα. Interpres nimis indige, ut ipsa adjuncta probant.

Cap. 38. διὰ τὸ τούτοις πάντα παρ' Αἰγυπτίοις] τούτοις, scilicet atramento & junco: κόσκινον præcedens respicere non potest Articulus. Oratio minus apta est, & quæ hic dicit Phi-

Philippus, parum concinne dicit.

ἐπειδὴ ζωὸν τὴ θάνατον ἕτερα διακρίνει ] Eo pertinet cribrum, quod bona & mala discernit: Sequentia ad χοινον & μέλαν pertinent. Nam ἱερογραμματεὺς designatus vel atramento & junco, vel cribro. Liber ille Sacer γράμμασι Αἰγυπτίοις consignatus erat: Et eo pertinebant etiam χοινίον & μέλαν. Sic aperta hæc.

τὴ βίβλον, ἱερὰ καλεμένη ἀμβρὴς ] Pessima distinctio: ἀμβρὴς haud dubie vocabulum Ægyptiacum est, quod socium habere nequit peregrinum. Scribe igitur, ἔστι δὲ παρὰ τοῖς ἱερογραμματεῦσι τὴ βίβλον ἱερὰ, καλεμένη ἀμβρὴς. Liber ille Sacer Ægyptiace dicebatur ἀμβρὴς. Hesychius in Lexico, Ἀμβρίζειν. θεραπεύειν ἐν τοῖς ἱεροῖς. Sed id plane aliud, nisi fallor, & huc non pertinet.

Cap. 39. εἰς τὰ ἄπλα θεῶν εἴδωλα ] Ita edidit Hæschelius: Aldus & Mercerus ἄπλα non habent. Quid vox ista significat hoc loco? Nihil plane, nihil. Dicam, quod suspicor: Scribendum videtur, ἐπειδὴ ὁ κύων ἀτενίζει πρὸς τὰ ἄπλα τῶν ζώων εἰς τὰ ἁπλᾶ θεῶν εἴδωλα. Dii proprie videri non possunt, & tamen videntur aliquando: Cum scilicet aliquid assumunt, quod aërium est, & in oculos incurrit, sed ita tenuiter, ut nisi acutissimi sint, deliteſcat plane. Hoc θεῦ εἴδωλον vocat, & ἁπλῶν θεῦ εἴδωλον, per oppositionem τῶν ἄπλων εἰδώλων, quæ in templis stant, & propter materiam rudem ac crassam vix pro θεῶν εἰδώλοις haberi possunt: Illa simplicia sunt εἴδωλα, hæc fabrefacta; Illa vera, hæc ficta. Sentisne? Appositum est ἁπλᾶ eo sensu, & dignum Antiquitate credula. Sic autem aliquid dicitur, quod sententiam præstat bonam, & canibus tribuit præcipuum quid: Scimus enim, quid in Hecates Sacris pos-

sit oculus caninus, & unus Theocritus id docet in Pharmaceutria sua. Videt igitur canis, & præ aliis animantibus videt τὰ ἁπλᾶ θεῶν εἴδωλα: Hoc sentit quisque. Ut diximus jam, Aldus & Mercerus absque ἄλλα simpliciter ediderunt εἰς τὰ θεῶν εἴδωλα: quod eodem tamen modo accipiendum est. Nam illa *simulacra Deorum* fabrefacta, de quibus Interpretes Nostri, non magis ad hunc locum pertinent, quam radii textorii pertinent ad Solem.

ἐνταφιαζέω ὃ τῶν ἱερῶν ] τῶν ἱερῶν opportune additur hic: Nam in eo vertitur rei cardo. Plures erant ἐνταφιασταὶ apud Ægyptios, ut notum. Sacra autem Animalia intelliguntur, nec de aliis *Sacris* hic cogitandum est. Nihil apertius.

τὰ ὑπ' αὐτῶ κηδευόμενα εἴδωλα ] εἴδωλα hic idem, quod præcedens ἱερά; Sacra scilicet Animalia pro Deorum, quibus consecrata erant, habebantur simulacris: Sic Canis Anubin repræsentabat, Hircus Panem, alia Animalia alios Deos Deasque. Quare paulo secretius hic locutus est Philippus, vel ipse potius Horapollo, quem Philippus debuit sequi; & ipsa illa voce λόγους ἱεροὺς expressit, qui de Animalibus Sacris circumferebantur: Multa de illis Ægyptii, ut sciunt Eruditi. Caussinus de his adeo inepte, ut nihil ineptius excogitari posset: Id omnes vident nunc.

ἐνταφρότερον ἔχει, εἴτε θάνατῳ &c.] Interpres dicit, quæ Græca non dicunt: Accipe uno verbo, quod verum est. In Græcis post ἔχει copula intercidit, quæ cum Interprete restituenda est; & locus integer ita Latio reddendus: *Splenem vero, quoniam hoc animal maxime præ cæteris bona valetudine gaudet, & sive mors ei, sive rabies acciderit, ex*

*uno*

*uno splene id contingit.* ἐλαφρότερον ἔχειν id significat apud Græcos, quod dixi: De canum autem sanitate, & morborum, quibus vexantur, numero exiguo, aliquid Ælianus in *Histor. Animal. Lib.* 4. *Cap.* 40. Alia præterco: Hinc ἐλαφρότερον ἔχειν de illis venuste usurpatum. Nunc nihil evidentius. Hæschelius ἐλαφρότερον etiam ad splenem referebat, & ex Aristotele id exponebat μακρὸν: Vix dicam, quam inepte. Nam quid μακρὸν ad rem dicendam? Apage, apage nugas vere nugas.

οἱ θεραπεύοντες δὲ τὸ ζῶον τοῦτο] Hic etiam τῶν ἱερῶν ἐνταφιασταὶ intelliguntur.

ὄσφρησιν δὲ καὶ γέλωτα καὶ πταρμὸν] Hæc igitur a contrario sumta. Nihil frequentius in vita communi.

Cap. 40. Ἀρχὴν δὲ ἢ δικαστὴν &c.] Hæc male a præcedentibus separantur, cum quibus aperte cohærent: Vide modo initium Capitis.

προστιθέασι τῷ κυνὶ καὶ βασιλικὴν στολὴν παρακειμένην, σχῆμα γυμνόν] Haud dubie legendum, βασιλικὴν στολὴν παρακειμένην σχήματι γυμνῷ: Præpositionis Metathesis non placet hic. Caussinus cum Socio suo copulam male transponit: Nam προστιθέασι βασιλικὴν στολὴν παρακειμένην mera balbuties est, & duo illa, προστιθέασι παρακειμένην, ita comparata sunt, ut alterum manifeste evertat alterum. Vident, qui Græca callent.

γυμνὸν ἐθεώρει τὸν βασιλέα] Ut videret, an corpore esset integer: Morem nosti. Ut canis videbat Deorum imagines, quas alia animantia videre non poterant; ita Judex videbat Regem nudum, quem aliorum civium videre poterat nemo; hoc lege, illud natura prohibente. Ista est inter hæc connexio, & ita accipiendum illud, εἰς τὰ θεῶν

εἴδωλα ὀξυωπεῖ cum aliis eo pertinentibus.

Cap. 41. Παστοφόρον δὲ σημαίνοντες &c. ] παστοφόρος hic Sacerdotem Ædituum notat: Origo nominis haud dubie a thalamo portatili, qui pro Sacello erat, & de loco in locum ferebatur a Ministris sacris. Hi enim eo ipso thalami Custodes & Æditui: Res est aperta. Hinc παστοφόριον pro ferculo, quod sustinebat παστὸν, cum portabatur: Hesychius in Lexico, Παστοφόριον, τὸ τὸ παστὸν φέρον, ἢ οἰκονομία, ἢ συναγωγὴ, ἢ ναὸς εὐανθὴς. Ubi Salmasius imperite scribit, Παστοφόριον, τὸ παστὸν φέροντων ἡ οἰκονομία. Ut παστοφόριον est thalami ferculum, ita σκευοφόριον est vasorum ferculum: Vide Pollucem *Lib.* 10 *Segm.* 17. Alia non tango in præsenti; hoc sufficit. Reliquæ significationes, quas tradit Hesychius, faciles sunt & notæ. παστοφόριον & templum, & partem denotat templi: Isidorus in Glossis, *Pastorium*, *atrium templi*. Ubi recte Viri Eruditi legunt, *Pastophorium*, *atrium templi*. Idem alibi, *Sabarium*, *atrium templi*. In quo iidem Viri Eruditi *pastophorium* perperam quærunt: Nam aliud plane est *Sabarium*, & nihil cum *Pastophorio* habet commune. Lege, *Sabatarium*, *atrium templi*. Sabata & Sabbata ignorat nemo: Inde *Sabatarium* & *Sabbatarium*. de Martialis *Sabbatariis* taceo, quia notissimi sunt. Addamus tertium: Apud eundem Isidorum legitur, *Safarium*, *atrium templi*. Id ad *pastophorium* etiam redigere voluerunt Viri Docti: Absque judicio iterum, & male. Dicam uno verbo: Legendum est, *Sacrificarium*, *atrium templi*. Ut a *sacer sacrarium*, sic a *sacrificus sacrificarium*, locus, in quo versantur Sacrifici, ipsum atrium templi. Quid ais? Hæc appositissima sunt, & non mutant, sed explicant scripturam vulgatam: Talia

lia scilicet in Glossis sunt ὅσα κόνις, de quibus nos alibi saturantius.

Cap. 42. ἀλλ' ἐπειδὴ αἱ τροφαὶ τοῖς ἀνθρώποις &c.] Mercerus, *sed quod hominibus cibi statis horis parentur & apponantur.* Quod ineptum est & nullius plane momenti: Nam quid illud ad unum Horoscopum, & unum hominem, qui Horoscopum repræsentat? Eodem tamen pertinent Græca, quæ ad Merceriana quam proxime accedunt, si præcise non sint eadem. Dicam, quod verum est: Una vocula excidit, quæ compendiarie exarata, Articulo τοῖς nimis erat affinis: Lege, ἀλλ' ἐπειδὴ αἱ τροφαὶ τούτοις τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ τῶν ὡρῶν προζητοῦνται, *quia victus hisce hominibus ab horis quæritur:* Quia horas inspiciendo & denunciando, victum sibi quærunt, ut omnes alii artifices eo, quod exercent, artificio: Sic omnia sunt plana. ἀπὸ τῶν ὡρῶν elegans est eo sensu, cum cæteroquin inconditum est: Ratio autem & Symbolum, & rem Symbolo designatam pulchre declarat. Quare non est dubitandum. Sed & legere potes, si velis, ἀλλ' ἐπειδὴ αἱ τροφαὶ τούτοις ἀνθρώποις &c. Nam id minus quidem ornatum est, sed bonum tamen. Philippum nosti.

Cap. 44. μῦσαν] Plutarchus μῦαν; quod etiam mallem fere hic: Ad ἀλληλεφάγον & κενοποιὸν attende, ipsumque μισεῖσθαι.

ἰχθὺν] Ita scribendum: ἰχθλωὸν ex correctione natum est. τῷ ἰχθλῳ scilicet more solenni appositum erat υν, quo syllaba postrema male picta corrigebatur: Id sciolus ignorans, postea ex ἰχθλῳὸν fecit ἰχθλωὸν. Talia in Libris, quot sunt in littore arenæ.

κενοποιὸν] Hanc vocem Interpretes non intelligunt. A Medi-

Medicorum filiis petenda est ejus significatio: habent illi cibos διαχωρητικὰς καὶ τῆς κοιλίας ὑπακτικοὺς, qui ventrem solvunt & inaniunt; hos Noster dixisset κενοποιοὺς, & eo sensu scripsit hic, ἰχθὺν πάντα εἶναι κενοποιὸν: Parum scilicet nutriunt, & alvum solventes multa secum auferunt pisces. Sentisne? Hoc appositum, & μίσους etiam Symbolum. Quæ Hæschelius ad *Cap.* 14. ex Clemente Alexandrino de piscibus adducit, eodem pertinent: ἡ σὰρξ πλαδαινὴ est caro flaccida & mollis, qualem gignere solent nutrimenta illa. Consule ipsos Medicos & Philosophos.

Cap. 46. ὑγρᾶ φύσιν] *Naturam rigidam:* Sequitur κατὰ μορίον, & τὴν θήλειαν φύσιν. Interpres inepte.

Cap. 47. ἀκούει γὰρ ὁ ταῦρος ἀπὸ πολλοῦ διαστήματος. συνιεὶς τὸ ὀργᾶν &c.] Verba sunt male coagmentata: In Aldino Exemplari pro τὸ ὀργᾶν scriptum erat τε ὀργᾶν. Cur Viri Eruditi non sumserunt utrumque, & quæ olim juncta fuerant, junxerunt denuo? Ego certe lego, —— ἀπὸ πολλοῦ διαστήματος, συνιείς τε τὸ ὀργᾶν, διὰ δρόμου &c. Sic nihil aptius.

παραγίνεται ἐν τῇ συνουσίᾳ] Non deterius esset, sed paulo melius, παραγίνεται ἐς τὴν συνουσίαν, *ad coitum accurrit.* ἐς finem denotat eleganter, ad quem actio tendit, ut sciunt ipsi Tyrones. Mercerus in Versione sua ἐν τῇ συνουσίᾳ cum verbis sequentibus junxit; quod etiam non ineptum est.

Cap. 48. τράγος δὲ ἑβδομαῖος &c.] Junge Gesnerum *Lib.* 1. *de Quadruped.* ubi male Ælianum pro Horapolline citat. Mira est ista hirci salacitas.

Cap. 49. Ἀκαθαρσίαν] Recte Mercerus, *impurum scelestumque animum:* Hoc convenit Orygi, & quæ de eo narrantur hic: Sic ἀκάθαρτος *improbus, scelestus* est Græce.

Quare

Quare longe eliminandum est illud *immunditiam* in Capitis Epigraphe.

ὄρυγα ζωγραφοῦσιν] Ægyptium hoc animal, ut non obscure constat, si cum his jungas locum Plinii *Lib.* 2. *Cap.* 40. *Histor. Natur.* ubi Caniculam describens, de Oryge notat hæcce: *Orygem appellat Ægyptus feram, quam in exortu ejus contra stare & contueri tradit, ac velut adorare, cum sternuerit.* Ita Ægyptii vocabant feram, & ipsum nomen Ægyptium animali domestico haud dubie inditum: Nihil apertius aut signatius. Et sic apparet, quam misere ineptiant Viri Eruditi, qui Orygis nomen ab ὄρυξ & ὀρύττειν deducere volunt, cum sit peregrinum plane, & procul a Græcia sub cælo Ægyptio natum. ὄρυξ instrumentum fossorium est Græce; sed id nihil commune habet cum voce ὄρυξ, quæ feram denotat: Nam ejus origo ex terra Nilotica. Hæc accurate distinguenda sunt, ne diversissima pessime confundantur. Apud Herodotum pro ὄρυγες habemus ὄρυες: Unde illud? Haud dubie ab ambigua pronunciatione vocis peregrinæ, quam ita efferebant multi, ut non ορυκς dicerent, sed ορυς: Nam hinc diversa statim vocis declinatio. Hoc quisque videt, & Etymologos ineptos etiam aperte refellit: Nam ορυς ab ὀρύττειν & ὄρυξ longius certe divertit. In Glossis Labbæi legimus, *Sublones*, ὄρυγες, θήλια ἐργαλίατα. Quæ manifeste corrupta, ita refingunt Viri Eruditi, *Sublones*, ὄρυγες θηλία, ἐργαλεῖα τε. Partim bene, partim male. Illud, ὄρυγες θηλία, bonum est: Nam ὄρυξ utrumque notat, & feram, & instrumentum fossorium, ut vidimus jam: Prior significatio a voce Ægyptia venit; posterior a voce Græca. Recte etiam ita exponitur τὸ *subulones*: Nam a *subula* sic dicuntur feræ, quæ cornua habent instar veruum:

ruum : Jam autem & Oryges unicornes, quorum meminit Aristoteles & Plinius ; & Oryges bicornes, quorum meminit Oppianus, ejusmodi cornua habent : Quare *subulones* haud dubie dicti sunt ea de causa. Hæc bona sunt. Sed quid est sequens illud ἐργαλεῖα ? An *subulo* ἐργαλεῖον denotare potest ? Absit, absit : Nam id *subula* dicitur, ut constat luculente ex iisdem Glossis, ne alia commemorem. Et hoc igitur ineptum est & pravum. Legendum moneo, *Sublones*, ὄρυγες θηρία, ἐργάται. Qui *subula* utuntur, & *subulam* ut operarii tractant, dicti *subulones:* Jam aperta sunt Grammatici verba. τῷ λία correctionis loco adscriptum fuerat ταυ : Inde iterum error. Ipsa *subula* & ὄρυξ toto cælo differunt : Nam *subula* pungitur, *oryge* foditur. Viri Eruditi utrumque instrumentum pessime confundunt, ut sic ab oryge commodius deducant nomen feræ : Sed ea de re alibi plura. Cæterum quod de Oryge, Caniculam *in exortu*, *cum sternuerit*, *veluti adorante*, scribit Plinius, referri etiam potest ad animalis malitiam, de qua hic agitur ex professo : Nam, ut ipse Plinius notat, Canicula Solis calores accendit, & sic facit, ut multorum malorum sit autor. Quare Caniculam, quæ ex Sole benigno facit Solem malignum, sternutamento veneratur Oryx. Hæc pulchre conspirant, & omnem controversiam tollunt, quæ inter Plinium & Horapollinem exoriri posset. Qui ira correpti sunt, vix sternutare possunt : Hinc sternutamentum in Oryge, pro signo animi exultantis & læti accipitur : Quod Salmasius ad Solinum *pag.* 336. non animadvertit. De sternutamento etiam Alii : Vetus Arati Scholiastes παλμῷ tamen adscribit, quod Illi πταρμῷ ; Sed corruptus est, & nomen ὄρυγος male etiam ibi transformatum

tum in ὄρτυγα: Quæ utraque menda perbene correxit Vir Eruditus *pag.* jam *citat.* Et tamen locus nondum est perpurgatus: Emendemus eum hac occasione in transitu: Legendum, καὶ ἡ κυνὸς ἀπτολὴ καὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν φαίνει, καὶ ταύτην ἀρχὴν ἔτους λήγειν, καὶ τὸν Ισιδος ἱερὸν εἶναι τὴν κύνα λέγουσι, καὶ τὴν ἀπτολὴν αὐτῆς, ἐφ' ἣν καὶ τὴν ὄρυγα — —, θύουσι, τῷ πλαρμῷ δὲ ζώῃ τότε σημειόμενοι τὸν καιρὸν τῆς ἀπτολῆς δ' ἄστρου. Post ὄρυγα aliquid deest, quo Orygis lætitia exprimebatur & animus bonus exoriente Cane. Nihil apertius. θύουσι τὴν ἀπτολὴν gemmula est: Sic γάμον θύειν dixerunt tersiores, ut notum.

κραυγὴν ποιεῖται] κραυγὴ hic est clamor, qui animum prodit iratum ac tristem; a κράζειν deducitur κραυγὴ, quod est asperius clamitare: Sic commode sequitur, οὐκ ὀλογῶν αὐτὴν, ἀλλὲ εὐφημῶν. Et hic clamor opponitur sternutationi, quæ signum animi expliciti & remissi.

ζωγραφεῖ ἑαυτῆ τὰς κόρας] Nihil ineptius aut inficetum magis: Pueri vident. Locus haud dubie est corruptus. An cum Samuele Bocharto in *Hierozoico* legendum est ἀσαφεῖ ἑαυτῆ τὰς κόρας, id est, ut ipse interpretatur, *abscondit pupillas suas*? Absit, absit: Nam illud ἀσαφεῖ plane inconditum est Græcisque ignotum. Aliud latet: Scribere potes non inepte, συγκρύπτει ἑαυτῆ τὰς κόρας. Cum unguis terram effodit, pupillas oculorum abscondit una: Hoc Græcum & bonum. Et cur tamen τὰς κόρας συγκρύπτει scripsit Philippus, ubi id, quod locutione illa indicatur, exprimere poterat & melius & facilius? Ne quid dissimulem, hoc facit, ut de ipsa suspicione mea ambigam. Et certe aliquid commendabilius mihi, dum hæc scribo, in mentem venit: Legendum scilicet arbitror plane, συγρέφει

ἑαυτȣ̃ τὰς κόρας, *contorquet & in gyrum agit pupillas suas.* Sic appositissime sequitur, ὡσπερεὶ ἀγανακτῶν καὶ μὴ βȣλόμενος ἰδεῖν τὴν τοῦ θεȣ̃ ἀνατολήν: Nam certissimum ἀγανάκτησεως indicium est illa pupillarum συςροφὴ, quæ simul impedit omnem videndi actum. Nihil notius aut indubitatius. Et sic pulchre τῷ συςρέφειν opponitur superius ἀτενίζειν: Cum κραυγὴν ποιεῖται, εἰς τὴν θεὸν ἀτενίζει: Cum τὴν γῆν ἀνορύττει, τὰς κόρας ἑαυτȣ̃ συςρέφει. Utrumque accommodatissimum est, & veluti penicillo animal iratum nobis depingit. Quare hoc ratum sit, moneo, accedente ipsius etiam scripturæ depravatæ consensu.

ἐπικαθίσαντες τȣ́τῳ τῷ ζώῳ] Quid Reges in Oryge? Nonne id indecorum, & regia majestate indignum? Ita visum certe Bocharto in *Hierozoico*, qui ideo Regem cum Horoscopo mutat. Sed quid etiam ille in Oryge? An ut Solis ortum accuratius indicaret fera? Nugæ, nugæ, quas refellere etiam est nugari. Locus manifeste corruptus est, quem ita legere debes totum: διόπερ οἱ ἀρχαῖοι βασιλεῖς, τȣ̃ ὡροσκόπȣ σημαίνοντος αὐτοῖς τὴν ἀνατολὴν, ἐπικαθίσαντες τȣ̃το τὸ ζῶον διὰ μέσȣ, αὐτῷ, ὥς τινι γνώμονι, τὴν τοῦ ἀνατολῆς ἀκρίβειαν ἐγνώριζον. *quare Antiqui Reges, Horoscopo ortum illis nunciante, animal hoc in medium collocantes, eo, veluti gnomone quodam, ortus certitudinem explorabant.* ἐπικαθίζειν διὰ μέσȣ, in medium adducere; εἰς μέσον παριέναι, prodire in medium, ipsi Tyrones tenent. In terminationibus vocum millies errarunt Scribæ; hinc & τȣ́τῳ τῷ ζώῳ pro τȣ̃το τὸ ζῶον, & αὐτȣ̃ ὥς τινων γνωμόνων perperam scriptum pro αὐτῷ ὥς τινι γνώμονι: Numero plurium hic locus est nullus, ut quisque videt. Facillima est correctio, quæ accedente distinctione bona, sententiam verborum efficit apertam ac faci-

facilem. Quæ Nicolaus Cauſſinus hic comminiſcitur, ejuſdem Commatis ſunt, cujus reliqua ejus Viri, id eſt, diſtorta atque inepta. Salmaſius tamen ad Solinum *pag.* 462. non nominato Cauſſino, ad normam eorum callide accommodavit ſua. Hominis Eruditi commenta etiam probare non poſſum: Nam primo δι' μέσου αὐτῶ ea notione, qua id cum Cauſſino accipit, perquam ſuſpectum eſt mihi, nec μεσίτης & μεσηρεύειν ſtatuminare poſſunt: Vide modo Labbæi Gloſſas, ut alia nunc præteream, & de ipſa locutionis indole nihil dicam, quæ ſi δι' αὐτῶ ſit *per eum*, non amat certe ſuſpectum illud μέσου. Dein ἐπικαθίσαντες τῶτο τὸ ζῶον ita nude & ſimpliciter, noſtro ἐπικαθίσαντες ὅλο τὸ ζῶον δι' μέσου, quod veſtitum eſt & plenum, protinus aſſurgit lubens: Fateor, Vir Eruditus hanc nuditatem ipſe animadvertens, addit, poſſe etiam legi, ἐπικαθίσανλες τύτῳ τὸ ζῶον, hoc eſt, ut ipſe ſupplet, τῷ ἡλίῳ: Sed id plane abſurdum eſt, & verbis vim infert manifeſtam. Vox enim ἡλίῳ ita non præceſſit, ut τύτῳ in hac Pericope ad eam referri poſſit: Pueri vident, & proximum ἀναλολὴν rem extra dubium collocat. Dein, ſi ἡλίῳ etiam ſubaudiri poſſet, ἐπικαθίσανλες τύτῳ ego certe non probaverim: Quid enim? An Soli apponebatur Oryx, ut Soli eſſet proximus, & ad latus conſiſteret ejus? Hoc locutio innuit, & longe ineptiſſimum eſt, ut vides. Quare ſic alterum ἀνλικαθίσανλες, quod ipſe tamen reſpuit, advocandum eſſet ſane. Sed cui bono tot ambages, ubi noſtrum illud facillimum eſt & aptum? Apage, apage eas cum ipſis illis ineptiis, quibus nexæ ſunt. Aliter de his Gesnerus in *Libro de Animal. Vivipar.* quem conſulere potes, ſi velis: Ego poſt locum recte conſtitutum Aliorum ina-

niis diutius immorari nolo. Unum illud adjiciam adhuc: Cum Salmaſius vulgatam ſcripturam etiam propterea aſpernatur, quod Oryx animal ſit nimis exiguum, quam ut homo ejus dorſo inſidere poſſit, non vulgariter certe errat: Nam ut nihil aliud dicam nunc, vide modo, quæ *pag.* 157. de Orygis magnitudine antea notavit ipſe; Sic Virum Grammaticum hic, ut centies alibi, deprehendes ſibi adverſum planeque diſſimilem.

τοῦτο μόνον τῶν πτηνῶν ] Veriſſime Hœſchelius κτηνῶν, quod diu ante jam placuerat Geſnero: Vide *loc. citat.*

ἀσφράγιστον ἐσθίουσιν ] Illud ἀσφράγιστον recte explicuit Cauſſinus in *Notis*, & poſt Cauſſinum Salmaſius in *Exercitat. Plinian. Pag.* 157. Sed quid ſequens ἐσθίουσιν? An animalia ita explorabantur & ſignabantur, ut eſſent eſui? Neſcio, ubi id didicerit Noſter; neſcio, unde Viri Eruditi reſciverint id moris fuiſſe olim. Quid multa? Ego nunquam a Philippo profectum puto, quod ab Amanuenſibus nunc ei adſcribitur: Legendum eſt, ἀσφράγιστον θύουσιν. Sic cum Herodoto conſentit Autor, qui animalia ſacrificanda ita ſignata & explorata fuiſſe ſcribit, ut pro integris Diiſque acceptis haberi poſſent: Jam autem Oryx non ſignatus mactabatur Lunæ, quia inimicitiæ inter Deam & Orygem erant capitales & perpetuæ; atque adeo ſignum, quo probari poterat numini acceptus, plane abſurdum fuiſſet & ἀτοπὸν. Hoc aptum eſt, & illud ipſum, quod Herodotus voluit.

ἐπειδὴ ἀντιδικίαν τίνα ] Ita Codex Auguſtanus & Morellianus: Nam a Libro Aldino aberat vox ἀντιδικίαν; quam in ſuis Membranis etiam repperit Pierius Valerianus, ut apparet ex *Cap.* 47. *Lib.* 24. *Hieroglyphic.*

ὑδρα-

ὑδραγωγῷ τόπῳ ] Hæc Libri Aldini lectio est, quam casu secuti sumus, non certo consilio: Nam Hœschelius ex Codice Augustano ediderat ὑγραγωγῷ τόπῳ; quod verum esse potest, quanquam nunc alibi forte non occurrat.

πιὸν ] Hœschelius legendum ait πιὼν: Perperam & inepte. Nam ἔχον similiter præcessit, & subaudiendum est ζῶον vel κλῆνον: Nihil apertius.

τοῖς χείλεσιν ἀναταράσσῃ ] Illud χείλεσιν displicet Bocharto, qui in ejus locum substituit χηλαῖς: Non poterat infelicius. Nam sic pessime sequitur, τοῖς ᾧ ποσὶν εἰς αὐτὸ ὄπιπτέμπει κόνιν, quod aliquid indicare debet a præcedenti diversum: Oryx bibens, antequam os ex aqua educat, labris aquam turbat; mox ore ex aqua educto, pedibus in eam immittit pulverem: Hæc apta sunt; hæc prius χείλεσιν, & posterius ποσὶν aperte statuminant. Et qua fronte igitur ab ipso ποσὶν auxilium petere potuit Vir Doctus? Id ego mehercule ignoro, & mera socordia factum est.

ἢ μιγνύῃ τῷ ὕδατι τιὼ ὕλῃ ] Leve mendum, sed satis inficetum: Nam quid ὕλῃ hic? Nihil, mihi credas, nihil; nec remota comminiscor, quibus vocem defendam: Scribendum absque dubio, ἢ μιγνύῃ τῷ ὕδατι τιὼ ἰλύν. Ista centies confusa: In aqua est ἰλύς, in terra κόνις: Hinc mox ἐπιπέμπῃ κόνιν sequitur appositissime.

ὐδὲ γὰρ ὐδὲ τοῦτο καθῆκον ἐργάζεται &c. ] Mercerus, *Nam ne hoc quidem officium Deæ præstat*: Apage illud *Deæ*, quod ab his plane alienum est. καθῆκον hic est officium, quod fera debet feræ: Hoc Oryx aquam turbans, pessime temerat, quum ipsa Dea omnia omnibus præstet luculente. In verbis contiguis animus Deæ beneficus in omnes ani-

man-

mantes, non invenuſte opponitur Orygis animo in omnes feras malefico. Nunc ſententia eſt apta & bona. Ex his conſtat autem, Ægyptios Lunam habuiſſe pro terræ præſide.

Cap. 53. ὅτε πατὴρ ἢ ἡ μήτηρ αὐτῆ ] Scribendum eſt αὐτῶν, ubi τέκνα ſequuntur & præcedunt.

διαπωθῇ ] Pierius Valerianus *Lib.* 20. *Cap.* 11. *Hieroglyphic.* ex Codice M. S. διαζωθῇ legit; quod ego, quid ſit, neſcio.

ἔδοξε σεβάζειν ] Ita Mercerus etiam ex Libro Morelliano, & Pierius ex Codice ſuo: Vide locum citatum. Non improbo. Sed cur lectionem Aldinam, quæ ex Libris quoque petita, ſic Viri Eruditi aſpernantur adeo faſtidioſe? Idne meretur? Sane συμβάλλειν elegans eſt, & ſi non ſuperet alterum, ſaltem æquat: De Symbolis hic agitur, quæ ad res ſignificandas ſumta & electa: Quid igitur συμβάλλειν? Nonne appoſitiſſimum eſt, & ipſum σύμβολον ſiſtit nobis? Ita ſentient haud dubie omnes, qui Linguæ proprietatem callent.

Cap. 54. ἀφόδευμα ξηρὸν περιτιθέασιν ] *Stercus aridum circumponunt*, aggerunt: Merceri *circumlinunt* nimis indigum eſt.

πῦρ ὑποβάλλουσι ] Pierius ex Libro M. S. πῦρ ἐμβάλλουσι: Minus bene. Vide *Lib.* 20. *Cap.* 6. *Hieroglyphic.*

κατακαιόμενον τὰ ἑαυτῆ πέρα ] Sic etiam Pierii & Morellii Membranæ: Aldus ex ſuis ediderat, κατακαιόμενα τὰ ἑαυτῆ πέρα: Recte, ſi caſus nominandi pro caſibus gignendi poſitos cenſeas. Vide quæ ſupra notavi ad *Cap.* 14.

ποιεῖται τὸν ἀγῶνα ] *Certamen inſtituat*, cum venatoribus ſcilicet, qui eum aggrediuntur. Pelicanus animal eſt in-

no-

nocuum, & hominibus nunquam adverſum, niſi quando de ſua & pullorum ſalute agitur: Tunc enim & ſe & ſuos atrocius defendit. Atque hinc Sacerdotes Ægyptii eo veſci non debent, & ab animali plane innocuo abſtinent. Ita hæc accipienda ſunt: Quo poſito, Interpres, qui hæc obſcure verterat, ſuperius illud ἐυσυλλήπτότερος male profecto vertit *facile*, cum ipſa ſententia haud dubie requirat *facilius & minori moleſtia*: Diu ſcilicet ſe defendit Pelicanus, & aggredientes quovis modo repellere ac eludere ſtudet, ſed non obſtante iſto conatu, tandem capitur aduſtis alis, cum cæteroquin forte non fuiſſet captus. Sic certamen habemus, quod Interpretis commentum plane tollit.

χῆ ὄνοιαν] Nihil ineptius: Scribendum eſt ſine dubio, χῆ ἄνοιαν, ut habebant Morellii & Pierii Membranæ: Vide eum citato *Hieroglyphicorum* loco. Quod Vulpanſer facit, certo judicio facit; quod Pelicanus, imprudentia ſola: Hinc unus commiſeratione dignus eſt, alter indignus. Ad principium modo Capitis recurre: Si καλὰ ὄνοιαν Pelicanus ageret prudens, quod agit, non deterior eſſet, aut eſſe deberet ejus conditio, quam illa Vulpanſeris.

Cap. 55. κυκύφαν] Quid vox ſignificat? An *Ciconiam?* Abſit, abſit: Nam de ejus pietate erga parentes agit Noſter *Lib.* 2. *Cap.* 58. ibique πελαργὸν vocat, quem Græci ita vocarunt omnes. Res eſt aperta, ut mirer Hœſchelium & Mercerum hic potuiſſe de Ciconia cogitare, ubi iſta legebant poſtea in hoc ipſo Libello: Nihil inſulſius, nihil indignius Virorum Eruditorum ingeniis. Aliud haud dubie quærendum. Laurentius Pignorius in *Notis ad Tabul.*

*Iul. Isiac.* sola vocis & literarum similitudine ductus, per κνκέφαν intelligit *Upupam*, & ipsum illud nomen hic delitescere censet: Amanuenses scilicet κνκέφαν scripsisse suspicatur pro ἐπόπαν, postquam barbaries Latina miscuerat Græcis. Et eo refert, quæ de upuparum in parentes pietate extant apud Plinium & Ælianum. Quam sententiam sequitur etiam Bochartus, sed alia ratione & alio modo: Vocem enim κνκέφαν retinet, eamque Ægyptiacam censet auctoritate Vocabularii Coptici, in quo κνκέφα Arabice redditur *Upupa*. Vide eum in *Hierozoic. Part.* 2. *Pag.* 348. Quid dicemus de istis? Nobis scilicet non probari ea, sed falsa etiam videri & absona. Nam quod de ἐπόπα voce Latinogræca suspicatur Pignorius, plane commentitium est, ubi inter Latinogræca nihil tale reperitur ullibi: Quod autem de Coptico κνκέφα scribit Bochartus, ab ingenio Autoris Nostri plane abludit; qui cum ubique utitur vocabulis Græcis, cur, quæso, hoc uno loco usus fuisset vocabulo Ægyptiaco? An forte vocem non intelligebat peregrinam, vel domesticam non tenebat, qua peregrinam exprimeret? Ne ita sentiamus: Nam en, ut alia prætream, quæ istam suspiciunculam refellunt, *Lib.* 2. *Cap.* 92. legimus diserte, Πρόγνωσιν εὐκαρπίας οἵνῳ βελόμενοι σημῆναι, ΕΠΟΠΑ ζωγραφοῦσιν. Et *Cap.* 93. *seq.* Ἄνθρωπον ὑπὸ σαφυλῆς βλαβέντα ἢ ἑαυτὸν θεραπεύοντα βελόμενοι σημῆναι, ΕΠΟΠΑ ζωγραφοῦσι ἢ ἀδίαντον τὴν βοτάνην. Quare & ἔποψ ei perquam notus fuit, & vocem, qua Ægyptii ἔποπα exprimebant, intellexit probe: Hæc certa sunt & explorata, nec a quoquam convelli possunt. Quid plura? Dicam tandem, quid videatur mihi: Pro voce Græca Nostrum hic vocem Græcobarbaram dedisse suspicor:

cor: κγκάλα noctua eſt Græcis recentioribus, ut omnes ſcimus ex Lexicis Græcobarbaris; Illud nomen adhibuit Philippus, & κγκάφαν hic ſcriptum pro κγκάλαν, ut alibi millies β & φ commutarunt vices ſuas: Nihil notius, nihil certius. Inquies: Si hic in deſignanda noctua uſus ſit vocabulo Græcobarbaro, cur *Lib.* 2. *Cap.* 51. utitur vocabulo mere Græco? Et hoc rogantem rogabo te viciſſim; Cur *eodem Capite* utatur voce πάτρων, *Capite* autem 94. κατ' ὀρδινον, ubi meliora Græca ei haud dubie erant ad manum? Hæc ſcilicet ab arbitrio Scriptoris pendent, & certa regula metiri non poſſunt. Sed regeres forte; nihil de illa noctuarum pietate apud alios Autores occurrere. Largior: Sed quid tum: An inde ſequitur, Horapollinem & Interpretem ejus Philippum de ea nihil ſcripſiſſe vel ſcribere potuiſſe hic? Cave, ita ſentias, ſi a peritioribus irrideri nolis.

νεοσίαν αὐτοῖς ποιήσας] Nota genus maſculum, niſi legendum ſit potius, νεοσίαν αὐτοῖς ποιήσασα.

ὑπὸ αὐτῶν τὰ πτερὰ, τροφάς τε χορηγεῖ, μέχρις &c.] Hoc diverſum eſt ab eo, quod vulgo de Ciconia refertur: Nihil certum, aut perſpicuum magis. Sed quid ſuperius γηράσασιν, ubi ad hæc ipſa attendas? Dicam, & dicam tribus verbis: Aves in ſenectute difficilius pennas mutare ſolent, quam in ætate vegeta: Eo reſpicit Philippus, ideoque parentes commemorat ſenes; qui ſcilicet tunc pennas mutantes juvari debent a filiis, cum antea vegetiores eorum auxilio non indigerent, ſed ſeſe juvare poſſent ipſi. Vertas igitur præcedentia illa, *poſteaquam a parentibus educatum fuerit*, *ipſis ſeneſcentibus parem refert gratiam*, & ipſum γηράσασιν cum his arctius junge, ut ſic alterum expli-

cet alterum. Interpres peſſime *ſenio confectis*; quod ad Ciconiarum pietatem vacillantes perperam adegit: Hoc quisque videt nunc. Cæterum quod ab Horapolline hic de Noctua narratur, perquam ſimile eſt ei, quod ab Æliano in *Hiſtoria Animalium* de Merope narratum fuit, ſi verum eſt, quod de loco ejus ſuſpicor. Age, adſcribamus eum hac occaſione, ut ſic ab inſigni menda, qua laboravit in hunc uſque diem, liberetur tandem opera noſtra: Ita *Lib.* 11. *Cap.* 30. legitur vulgo: ὁ μέροψ ὄρνις ταύτῃ τοι δοκεῖ δικαιότερος εἶναι τῶν πελαργῶν· ἐ γὰ ἀναμένῃ γηράσαντας ἐκτρέφειν τὲς πατέρας, ἀλλὰ ἅμα τῷ φῦσαι τὰ ὠκύπτερα ἔτο ἐργάζε, ἢ ἔσι δικαιότερος ἢ εὐσεβέσατος ὀρνίθων ἁπάντων. Sed quid illud ἅμα τῷ φῦσαι τὰ ὠκύπτερα, quod ipſum Meropem reſpicit tenellum & in prima ætate conſtitutum? An ſimulac pennæ majores naſcuntur ei, parentibus jam præſto eſt, & præſto eſſe poteſt? Mirum. Nam tum pulli alii parentum adhuc indigent ope. Sed eſto: Quid illud ad parentum ætatem? Quomodo inde probatur, Meropes filios ante ſenectam parentibus adeſſe? Præceſſit γηράσαντας; Huic aliquid ſubjici debet, quod parentum ætatem reſpicit minime ſenilem: De eo dubitare poteſt nemo; Et ſic vides, tranſitum eſſe ineptum a parentibus ad pullos. Quid multa? Scribendum eſt minima mutatione, ἅμα τῷ ῥεύσαι τὰ ὠκύπτερα, *ſimulac deſluant pennæ.* Hoc aptiſſimum eſt; hoc pulchre ad hæc Noſtra appropinquat: Elegantiſſime autem ῥέειν de pennis, comis, ac foliis deciduis adhibetur apud Græcos, ut Eruditiores ſciunt, & nos alibi videbimus forte pluribus. Et ſic igitur ibi legendum eſt peraccommode & pereleganter. Sed inquies, apud Ariſtotelem *Lib.* 9. *Cap.* 13. *de Animalib.* legimus, περὶ μὲν

ἓν τῷ πελαργῶν, ὅτι ἀντεκτρέφουσι, θρυλλεῖται πολλοῖς, φασὶ δέ τινες καὶ τὰς μέροπας ταὐτὸ τοῦτο ποιεῖν, καὶ ἀντεκτρέφεσθαι ὑπὸ τῶν ἐκγόνων, ἃ μόνον γηροσκομίας, ἀλλὰ καὶ εὐθὺς, ὅταν οἷοί τ' ὦσι· τὸν μὲν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα μένειν ἔνδον. Quæ scripturam vulgatam apud Ælianum tueri possunt. Fateor: Sed ne multis te morer, illa etiam depravata sunt, & eodem auxilio indigent. Quæso, quid est ὅταν οἷοί τ' ὦσι post γηροσκομίας? Nonne ineptias alit, & relictis parentibus turpiter etiam ad filios properat? De eo iterum dubium est nullum. Quid autem sequens, τὸν μὲν πατέρα καὶ τὴν μητέρα μένειν ἔνδον? An junior pater & mater, simulac filii eos alere possunt, non amplius egrediuntur domo, & reliquum vitæ tempus ibi manent sepulti? Hoc verba innuunt, & longe ineptissimum est. Quid igitur? Locus Aristotelis absque dubio etiam est corruptus, & scribendum, ut una cum altero Æliani resplendescat denuo, ἃ μόνον γηροσκοντας, ἀλλὰ καὶ εὐθὺς, ὅταν οἷοί τ' ὦσι, ὁ μὲν πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ μύσωσιν ἔνδον. Hoc iterum aptissimum est, ut ipsi Tyrones vident. Diximus jam, Amanuenses in terminatione vocum errasse millies: Id factum quoque in isto loco. Ratio corrigendi facilior non est, quam illa ipsa. Pulchre ad rem Plinius *Lib.* 10. *Cap.* 33. *Nec vero iis minor solertia, quæ cunabula in terra faciunt, corporis gravitate prohibitæ sublime petere. Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens, pallido intus colore pennarum, superne cyaneo, primori subrutilo. Nidificat in specu sex pedum defossa altitudine. Recondi* Plinio est, quod ἔνδον μύειν Aristoteli: Alias φωλεύειν Græcis, *latere* dicitur Latinis. Locutio est Eruditis nota. Isidorus ex istis Plinii scribit, *Meropes parentes suos recondere & alere*; quod ineptum est & hominis ingenio dignum. Sed ea de re a-

lias. Nunc omnia clarent in hoc Capite, & apparet etiam, quam recte in Notis ad *Cap.* 12. expoſuimus illud μόνον, quod ſine dubio hic poſitum eſt pro μᾶλλον.

Cap. 56. πρὸς τὴν ἑαυτῆ μητέρα ἐπίγαμον ἤκει] An vox ἐπίγαμον accipienda eſt παθητικῶς: *ad matrem uxoris loco mox habendam accedit?* Ita videtur: Nam alias ſtructura verborum non eſt apta: Id omnes vident, qui Linguam intelligunt. Et tamen, non diffitebor, ſuſpecta eſt mihi iſta patiendi σημασία: An forte una litera peccat, & ἐπίγαμος vel ἐπιγαμῶν ſcribendum eſt, quod utrumque filium improbum reſpiciat? Certe id magis ego probarem: Prius Epithetum, poſterius participium eſt. Mercerus ad Marginem Editionis ſuæ adſcripſerat ἐπὶ γάμον: quod adjunctum illud πρὸς τὴν ἑαυτῆ μητέρα vix admittit, ideoque non adblanditur mihi.

εἰς ἢ τὸ κατώτατον μέρος ὄνυχας δύο &c] τὸ κατώτατον μέρος idem eſt, quod κάτω paulo ante: Gradum autem ſupremum hic ſumſit Autor, ut improbitatem Equi Fluviatilis eo ipſo magis deteſtaretur. Quæ bona ſunt, extolli ſolent & ſuperiora occupant, quæ mala, deprimuntur & inferiora petere debent: Eo pertinet Autoris dictum. Ungues Hippopotami κάτω βλέπεσιν, & εἰς τὸ καλώταλον μέρος vergunt, ut ſic diſcant omnes, quo loco ac numero habenda ſit improbitas ejus inſignis, cui τὰ κάτω & τὸ καλώτατον deſtinata ſunt: Hic verus ſenſus eſt eorum. Ineptiſſime Phaſianinus, qui ingeniolum ſuum ſecutus eſt, non Libri Antiqui ductum: De ſceptri parte ſuperiore nihil in præcedenti Sectione: Adhæc, ſi Suidam ſequamur, totus Hippopotamus in ſceptro inferiore, ut tota Ciconia in ſceptro ſuperiore, non ungues Hippopotami ſolæ. Quare riſum

risum debet homo, & Hœschelius nimia facilitate sua erat etiam lepide: Qui tales Interpretes sequitur in adornandis Græcis, rectæ rationi indicit bellum. Unum adjiciam, quod nunc opportune adhuc mihi in mentem venit: Fortasse pro καλώτερον scriptum fuit olim κακώτερον literis implicitis; ut τὸ κάτω sic dictum fuerit μέρος κακώτερον propter rationem jam dictum: Et hoc perquam probabile profecto. Nam, ne quid dissimulem, κατώτατον nimium quid importat. Attende, attende modo.

Cap. 57. περιστερὴν ζωγραφοῦσιν. ὁ δὲ &c.] Hoc mirum profecto, ubi Columbarum castitas adeo celebratur: Sed genera Columbarum sunt plura, ut novimus, & quanquam omnes dicantur περιστεραὶ, in varias tamen familias sese dispescunt, quæ suis quæque nominibus gaudent. Palumbes, Turtures, Columbæ; φάτται, τρυγόνες, περιστεραὶ, sunt maxime celebres: Harum diversi mores, & diversa ingenia: Vide Ælianum *de Animalib. Lib.* 3. *Cap.* 44. ubi castum illud ad solas Palumbes, Turtures & Columbas albas restringitur: Alii aliter; de quibus hic agendi locus non est, & Nos plura fortasse aliquando. Vulgo enim non distinguuntur, quæ distinguenda sunt. Hic Noster haud dubie Autores secutus est suos, & hæc ipsa scribens, de Columbis sensit, quæ certe non sunt ita pudicæ, ut Turtures & Palumbi, ipso usu magistro: Et sic περιστερὴ hic accipiendum est proprie de Columba urbana & domestica; quam tamen accuratius debuisset indicare, si colores inter se distinxerit, ut fecit Ælianus cum Anteambulonibus suis; inprimis ubi *Libro Secundo Cap.* 32. habemus περιστερὰν μέλαιναν, ut maximum pudicitiæ signum. Sed de ea suo loco.

τὰς

τὸς ἐσθίοντας τᾶτο μόνον, ἃ μεταλαμβάνῃ τ τοιαύτης κακίας] Locus aperte corruptus: Nam ita non loquuntur Graeci, aut locuti ſunt unquam. Scribe, vel τὸς ἐσθίοντας τᾶτο μόνον, ἃ μεταλαμβάνῃ ἡ τοιαύτη κακία, vel οἱ ἐσθίοντες τᾶτο μόνον, ἃ μεταλαμβάνεσι τ τοιαύτης κακίας. Periti vident ſtatim.

Cap. 59. Βασιλέα ἢ κάκιςον] Peſſimum eſt illud κάκιςον, & locum tueri non poteſt. Pierius Valerianus *Lib.* 15. *Cap.* 8. *Hieroglyphic.* in locum ejus ſubſtituit κάλλιςον: Sed id nimis delicatum eſt, & ipſa pulchritudine ſua officit ſibi. Mercerus in Exemplari, quo uſus fuerat ante viſum Exemplar Aldinum, invenerat κάρισον: ex quo faciebat κράτιςον, quia ſcriptum eſt in Enarratione, ἡ βασιλέα ξ κόσμᾳ κραλεῖν: Specioſe quidem, ſed male, ut mox videbimus. Ego non dubito, quin legendum ſit ἄριςον, quod Exemplar Merceri totidem literis exhibebat: *Regem optimum.* In vicinia eſt ratio.

ἡ βασιλέα ξ κόσμᾳ κραλεῖν] De iſtis Coſmocratoribus poſtea agitur loco ſuo, & hic loqui non potuit Noſter: Menda deliteſcit, quam, ut tot alias, non deprehenderunt Viri Eruditi. Dicam tribus verbis: Scribendum eſt, αἰνιτθέμενοι γράφειν, τὸν βασιλέα τῷ κόσμῳ κρατεῖν, *volentes eo indicare, Regem decenter imperare.* τῷ κόσμῳ idem, quod κ ξ κόσμιον; bono ordine, ratione certa ac honeſta. Eo pertinet Circulus, & forma orbicularis, cujus tenor eſt certus, & nec ſiniſtrorſum nec dextrorſum deflectens: Eo pertinet cauda ore repreſſa, quæ continentiam & temperantiam indicat. Sic tandem Symbola habemus ξ βασιλίος ἀρίςᾳ: Hoc nemo negabit. Apage, apage igitur alias Aliorum nugas.

παρ'

παρ' Αἰγυπτίοις ἐστὶ μεισί] Junge Bochartum in *Hierozoic. Part.* 1. *pag.* 1066. & *Part.* 2. *pag.* 764.

Cap. 60. βασιλέα φύλακα] Lectio suspecta: Nam *Rex Custos* absolute ineptias alit, & longe diversissima perperam miscet: Alius est βασιλεὺς, alius φύλαξ, ut nemo nescit. Dein, post βασιλέα φύλακα, quod rem signatam exhibet, incondite sequitur φύλακα ζωγραφοῦσιν de signo: Nam aliter hæc ordinari solent, nec ita idem per idem dici. Non celabo, quod suspicor, ut arbitreris Lector: φιλόκαλον si compendiarie & more prisco scribatur, adeo ad φύλακα appropinquat, ut Scribæ cæcutientes facile in eo potuerint labi: Hinc credo, ipsum Philippum scripsisse primum, Ετέρως δὲ βασιλέα φιλόκαλον δηλοῦντες, τὸν μὲν &c. Sic nihil decentius: Ad ipsum Ετέρως attende, & Symbolum præcedens, quod βασιλέα ἄριστον repræsentat nobis; spes blanda mihi suboritur, fortasse non displicituram tibi suspicionem meam.

ὄφιν ἐγρηγορότα] Capite scilicet erecto & ore sibilante: Alter caudam ore comprimens dormitabat quasi.

φύλακα ζωγραφοῦσιν] ἐν μέσῳ τῷ εἰλίγματι: Vide *Caput præcedens*. Ubi nomen Regis in Symbolo isto, ibi Custos in hoc.

φύλαξ ἐστὶ τοῦ παντὸς κόσμου] *custos est omnis ordinis boni.* Interpres inepte: Sic iterum omnia pessime confunduntur. κόσμος est ordo bonus, & quidem ille rerum publicarum καθ' ἐξοχὴν: Sic φιλόκαλον apprime etiam convenit, ut vides. Sequentia cum his cohærent, & mutila sunt, nisi fallor: Scribe, καὶ ἑκάστοτε τὸν βασιλέα, ἐπεγρήγορον δεῖ εἶναι. Ex literarum affinitate error.

Cap. 61. τὸν βασιλέα κοσμοκράτορα νομίζοντες &c.] Hic de-

 mum

mum habemus Cosmocratora & totius orbis terrarum quasi dominum. κόσμος hoc loco idem, quod ἡ οἰκουμένη. Res est evidens.

ὁ γὰρ βασίλειος οἶκος, παρ' αὐτοῦ —— ἐν τῷ κόσμῳ ] Locus mutilus: Inepta sunt, quæ Mercerus, quæ Phasianinus habent. Fors unum κράτος intercidit, & legendum est, ὁ γὰρ βασίλειος οἶκος παρ' αὐτοῦ κράτος ἐστὶν ὁ κόσμος, *domus enim regia pro modo ejus imperii, totus orbis est habitatus.* παρὰ, ut notum, sæpe comparat & pro rei mensura est. Sic nihil aptius: Ut ostendant κοσμοκράτορα verum esse κοσμοκράτορα, in anguis circulo domum ejus regiam pingunt, quæ scilicet est ipse orbis habitatus. Hoc bonum est; hoc omnes intelligunt. Et sic igitur legendum fortasse: Simulac ἐστὶν in ἐν transierat, ὁ κόσμος in τῷ κόσμῳ transire debuit una. Facillima est correctio, ut quisque videt.

Cap. 62. ἐκ τοῦ μέλιτος —— &c. ] Sententia est satis aperta: De verbis non laboro incassum. Hœschelius hæc ita supplebat ad Marginem Editionis suæ: αἰνίττονται ἐκ τοῦ μέλιτος γλυκύτητος καὶ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ ζώου δυνάμεως, ὅτι χρὴ τὸν βασιλέα χρηστὸν ἅμα καὶ εὔτονον εἶναι πρὸς τὰς πράξεις καὶ διοίκησιν.

Cap. 64. Παντοκράτορα ] *Omnipotentem:* Interpres male. De Deo hic absque dubio agitur, non de hominibus, ut in præcedentibus Sectionibus: Singula in his accurate distinguenda sunt, ne turpiter ineptiant.

οὕτω παρ' αὐτοῖς τοῦ παντὸς κόσμου τὸ διῆκον ἐστὶ πνεῦμα ] *Ita apud eos anguis Symbolum est spiritus per totum universum sese diffundentis.* αὐτοῖς Ægyptios respicit: πνεῦμα autem est spiritus ille vitalis, qui cuncta permeat, & permeando animat: *Iste spiritus est anguis*, Metaphorice scilicet & Symboli-

bolice. Nam ἐσὶ hic assimilat, & rei signum est, non ipsa res signata. Sic nihil apertius: Viri Eruditi cum Interprete haud dubie in his cæcutierunt. Unum illud adjiciam: Quia κοσμοκράτωρ & βασιλεὺς τῦ παντὸς κόσμυ præcessit, pro τῦ παντὸς κόσμυ convenientius fuisset hoc loco τῦ παντὸς absolute: Sic enim totum hoc universum ab orbe terrarum habitato accuratius fuisset distinctum. Sed paulo intricatius in his locutus est Autor, & vocem κόσμυ varie adhibuit, ut ex jam dictis liquet.

Cap. 65. ἀπὸ τ τῦ ἐμῦ ὁμοιότητ ] Inepta lectio: Haud dubie legendum, ἀπὸ τῆς τῦ ἔργυ ὁμοιότητ. Puer viderit.

Cap. 66. σελήνης χῆμα —— ἔχον εἴκοσι ϗ ὀκτὼ &c. ] De his ita Salmasius ad Solinum *pag.* 454. *Mirum est hoc Hieroglyphicum, & si quid judico, male descriptum. Dicit Ægyptios, ut mensem exprimant, pingere Lunæ faciem, quæ viginti & octo dies habeat æquinoctiales solos. Hoc ridiculum. Quomodo enim in facie Lunæ tot illi dies pingi potuerunt? Deinde, cur æquinoctiales soli? Præterea, non solus dies æquinoctialis viginti quatuor horis constat, ut ibi dicitur. Verissima emendatione locum inquinatissimum sic emaculo:* Μῆνα ϑ γράφοντες, σελήνης χῆμα, καθὸ ϗ σχῆμα), ἔχον εἴκοσι ϗ ὀκτὼ ἀριθμὸν, ἡμέρας σημαίνοντα, ἐξ εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν τ ἡμέρας ὑπαρχόσης, ζωγραφῦσι. *Ut mensem significarent, pingebant Lunæ faciem habentis viginti octo numerum, qui numerus dies designabat, quibus Luna apparet. Addit,* ἐξ εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν τῆς ἡμέρας ὑπαρχόσης, *ne quis de die naturali caperet, qui ortu & occasu Solis terminatur.* Vidistine audacius aut insolentius quid? Sic ex quovis facere licet quidvis, & Veteres olim non scripserunt nobis, sed nos hodie scribimus illis. Apage tam diram corrigendi audaciam: Locus corruptus est procul

dubio, ſed remedio adeo inſolito ac violento non eget. Viginti octo dies æquinoctiales non habet menſis aut habere poteſt, ſive Solis ſive Lunæ ſpectemus curſum: Ineptum igitur eſt, εἴκοσι ἢ ὀκτὼ ἡμέρας ἰσημερινὰς: Alia apta ſunt & proba. Lege minima mutatione, ἔχον εἴκοσι ἢ ὀκτὼ ἡμέρας ἰσημερινὰς μόνας. Sic illa etiam optima evadunt. In Luna cava depicti erant viginti octo dies æquales & ejuſdem menſuræ: Singuli enim ex viginti quatuor horis conſtabant. Et his deſignabantur dies viginti octo, quibus Luna apparet: Alii duo erant omiſſi, quia illis Luna non apparet. Hoc apertum & dubii expers: Et ſic igitur mirum hoc Hieroglyphicum deſinit eſſe mirum. Nam quod de modo adumbrandi ſcribit Vir Eruditus, erroneum eſt & nullius plane momenti: Haud dubie id omne ſatis venuſte adumbratum ab Ægyptiis, quanquam Horapollo non exprimat modum. Nec de eo debemus eſſe ſoliciti, ubi certum eſt, naturam non obſtare, quominus dies illi in ſemicirculo Lunæ cavæ potuerint adumbrari. Viſne aliquid, quod ſatis accommodum eſt? Totum ſemicirculum in partes viginti octo diviſerint, iiſque vel numerum viginti quatuor, vel aliquid, quod pro numero eſſe poterat, inſcripſerint; Sic pulchre dies viginti octo æquales horæque ſimiles viſentium oculis fuerunt exhibita: Hoc nemo negabit. Sed quaqua ratione id factum, parum mehercule refert, ſi factum modo fuerit, fierique potuerit, ut extra dubium eſt certe. De aliis Viri Eruditi ne γρῦ: Inepta enim ſunt præ illis, quæ cum Horapollinis Interprete leviter emendato nunc tibi diximus primi: Nihil apertius, nihil indubitatius. Quare & chartæ & tempori parcendum eſt.

Cap.

Cap. 67. δῆλα τὸ, πολύγονον] Sequitur πολύτεκνον, quod eodem pertinet & vocem otiosam efficit: Cur autem duas voces adhibuit Autor, ut unum πολύγονον explicet, & alterum ἅρπαλα ne una voce illustrare dignatus est? Hoc ego certe non assequor. Quid multa? Aut ego egregie memet decipio, aut pro πολύγονον hic olim alia vox comparuit: Legendum suspicor, vel δῆλα τὸ, πολυκλονον ἢ πολύτεκνον &c, vel δῆλα τὸ, πολύφονον καὶ &c. Crocodilus animal est vere noxium rapinis & cædibus suis: Hinc ἅρπαγα πολύφονον vel πολύκτονον Crocodilo adumbrarunt. Vides? Sic singula numeros habent suos, & unum contra jus fasque prærogativam non habet præ altero.

Cap. 68. ἐπειδήπερ παντὸς σώματος ζώου &c.] Locus manifeste corruptus, quem Conradus Gesnerus in Libro de *Animalib. Vivipar.* verissime ita constituit & vertit: ἐπειδὴ πρὸ παντὸς σώματος ζώου οἱ ὀφθαλμοὶ ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀναφαίνουσι, *Quoniam ante reliquum corpus oculi hujus feræ ex profundo aquæ emicant.* Nihil apertius aut convenientius. Et sic etiam Samuel Bochartus in *Hierozoico Part.* 2. *pag.* 781. quem consulas, velim.

Cap. 69. αὐτότοκον δὲ ἢ κατωφερὲς τὸ ζῶον] Nihil ineptius est, quam quod Mercerus hoc loco habet, & Græca etiam promunt. Quid enim? An τὸ αὐτότοκον Symbolum est τῆς δύσεως, quæ interitum indicare solet, ut ἡ ἀνατολὴ ortum? Nugæ, nugæ, quæ non immerito jam displicuerunt Gesnero: Legit ille in Libro de *Animalib. Ovipar.* καλωπὸν δὲ καὶ καλωφερὲς τὸ ζῶον. Non male quidem, sed minus tamen signate, & minus etiam modeste. Rectius Cauſinus, αὐτόκυπτον γὰρ καὶ καλωφερὲς τὸ ζῶον. Quod calculo meo probarem, nisi, antequam ejus Animadversiunculas consulue-

ram, legere in mentem veniſſet mihi, ἀυτόκυφον γὰρ καὶ κατωφερὲς τὸ ζῶον. Id optimum enim eſt, & alterum haud dubie poſt ſe relinquit: Heſychius in Lexico, κυφὸν. καμπύλον, κυρτὸν, διὰ γῆρας ἐπικεκυρτωμένον. Hinc ἀυτόκυφον, quod ſua natura cernuum eſt, non ſenio: Vox eſt elegantiſſima, cui ſimiles ſunt pluſculæ; Vide modo Lexicographos. ἀυτόκυπτον iſta formæ lenocinia non habet: Id fatebuntur omnes, qui Linguam callent.

Cap. 70. ἄτοπον παρασκευάσῃ ] Ita Hœſchelii Editio, quam male ſecutus ſum. Nam cum Aldo & Mercero haud dubie legendum, ἄτονον παρασκευάσῃ, *invalidum reddiderit*. Nota eſt ſignificatio vocis, & ejus contrarium habuimus ſupra *Cap.* 62. Alterum Codici Auguſtano non adſcribo, ſed Typothetarum inertiæ.

## *AD LIBRUM SECUNDUM.*

σοι παραξήτομαι ] Ita omnes Libri hic conſtanter: Ex quo ipſoque hoc Proœmio recte colligunt Viri Docti, πρεσφώνησιν deeſſe ſtatim in principio Libri Primi. Vide Hœſchelium ibi in Notis. Codex Auguſtanus & Morellianus *Cap.* 35. *Lib.* 1. etiam habebant σοὶ; quod ibi certe non quadrat: Nam ſi in ipſo Opere id adhibuiſſet Philippus, non uno illo loco, ſed aliis pluſculis occurreret haud dubie.

ἃ δὲ καὶ ἐξ ἄλλων &c. ] Hæc recte intelligenda ſunt. Præcedit, περὶ τῶν λοιπῶν τὸν λόγον ὑγιῆ σοι παραξήσομαι: quod perbene vertitur, *reliquorum tibi veram idoneamque in medium afferam rationem.* λοιπὰ ſunt Horapollinis reliqua, quæ una cum eorum idonea ratione exponeret Libro hoc Secundo: Nihil perſpicuum magis. Iſtis autem verbis per

mo-

modum oppositionis subjiciuntur hæcce, ἃ ᾗ &c: quæ ita Latio reddenda sunt; *Quæ vero & ex aliis Commentariis subjunxi, non continentia aliquam enarrationem, subjectæ materiæ ratio effecit, ut subjungere debuerim.* ἄλλων ἀνήγραφα, vel ἄλλα ἀνήγραφα hic vocat Aliorum Scripta, in quibus cum de re Hieroglyphica reperisset quædam, non potuit non ea apponere hisce Horapollinis: Argumenti enim id exigebat ratio, cui vulgo obtemperandum est ut alteri ἀνάγκη. Omnia autem ista, Symbola sunt nuda, nec ullam rationem continent, cur rei Symbolicæ inservierint, & ita publice usurpata fuerint: ἐξήγησιν vocat rationem illam; quæ particula ᾗ ubique exprimitur in istis Horapollinis: Hæc vero nulla, si unum & alterum excipias, in omnibus sequentibus ad Numerum 31 usque: Quare illa haud dubie depromta sunt ἐξ ἄλλων ἀνήγραφων, & cum Horapollineis nequaquam misceri debent. Nunc apertum est, quid ista sibi velint: Mercerus alieniſſima confinxit sibi, nec ea intellexit hactenus quisquam.

Cap. 1. ποτὲ ᾗ δείλην] Ita Hœschelius ex Libro Augustano; cui accinebant Pierii Valeriani Membranæ: Vide *Lib.* 44. *Cap.* 37. *Hieroglyphic.*

Cap. 2. κυκλωηδὸν] Vox manifeste corrupta: Merceri κυκλοειδὲς, Caussini τυλοειδῆ non sunt unius assis. Mihi hic tenebræ sunt meræ: Nam quid etiam ᾗ statim in principio? Itane incipiunt Sectiunculæ? Fallor, aut Amanuenses strenue hic egerunt, quod solent. An forte ᾗ ἀστὲ νεοσσὸν jungendum est cum verbis præcedentibus, ποτὲ ᾗ ψυχὴν ἀνθρώπε ἄῤῥεν@, & reliqua ita scripta, Ἀῤῥενογόνον ᾗ κύκλῳ ἡδὺν σημαίνῃ σπέρμα ἀνθρώπε, Sectiunculam constituunt separatam? Sic certe ex tenebris lux oriretur mihi.

σπέρμα

σπέρμα ἀνθρώπου denotare potest τὸ ἀρρενόγονον: Hoc certum. Dein, id denotare etiam potest τὸν κύκλῳ ἡδὺν omnibusque acceptum; quia & mares & fœminæ τῷ σπέρματι delectantur. Ut autem animam hominis masculi designare potuit Stella, ita & Aquilæ pullum: Nihil in eo, quod mordet. Ipsa autem Inscriptio non turbat: Nam ea, ut aliæ omnes, a Recentioribus profecta est haud dubie. ἢ ex ipsa illa confusione enasci potuit, & sic in spongiam incumbere debet; nisi forte in τὸ mutandum sit, & ductus literarum impliciti Scribas cæcutientes deceperint. Quid ais? Hæc certe non displicent mihi. Imo displicent: Nam, ut nunc animadverto statim, σπέρμα ἀνθρώπου pro Symbolo haberi non potuit vi sua. Quo modo id adumbratum? qua ratione distinctum ab aliis seminibus vel liquoribus? Ut vides, nihil in eo, quod sese prodat certo, & ipsum semen Symbolo denotandum erat, non pro Symbolo adhiberi poterat. Quare ea de causa suspicionem meam non probo, & nunc plane scribendum esse autumo, vix litera mutata & sola distinctione ejecta, καὶ ἀετῷ νεοσὸν ἀρρενογόνον, καὶ κύκλῳ ἡδὺν σημαίνῃ, ἢ σπέρμα ἀνθρώπου. Hæc scilicet τὸν ἀετὸν etiam respiciunt, & enarrant porro, quid ἀετὸς apud Ægyptios significaverit. νεοσὸς ἀρρενωπὸς est pullus masculus: Et hunc designabat Stella, ut ἀνθρώπου ἀρρενωπὸν designabat animam. De κύκλῳ ἡδὺν dubitare potest nemo: Stella enim talem adumbrat certo. Postremum ab arbitrio Symbolis utentium pependit, ut alia millena: Sic nihil in his spinosi. Unum illud silentio præterire non possum: Quod Caussinus hic notat de νεοσὸν pro νεοσὸς longe ineptissimum est, & cachinnos meretur solutos. Quid enim? An quia Ætas Recentior

θυ-

θυείδα dixit pro θυείς, & in vocibus istius Commatis ex casu quarto fecit casum primum, idem illud obtinuit & obtinere debuit in νεοσσὸς similibusque? Fateor, hoc lepidissimum est hominis commentum, & ipsi pueri in hac Literarum luce ridebunt forte.

Cap. 3. Δύο πόδες συνηγμένοι καὶ ἑρπητόντες] Nimium fere est illud συνηγμένοι; pro quo magis etiam arridet mihi συνεζυγμένοι vel συνεργόμενοι: Duo pedes inter se vincti & tamen progredientes, repræsentant Solstitium hybernum. Si compedibus vinctos, qui in ergastulis non progrediuntur, sed reptant, proposueris tibi, nihil apertius aut decentius: Quare Viros Eruditos hæsitasse miror. Et hoc recte etiam animadvertit Caussinus; qui in aliis iterum cæcutivit supra omnes alios: Quis, quæso, Soli unquam tribuit pedes? An qui ludentes ei tribuerunt pectines & radios textorios? Nugæ, nugæ. Sed a Sole ad statuam Apollinis confugit bonus: Credo, ut ibi tutus esset ab ineptiarum & socordiæ pœna. Nam nihil insulsum magis hoc loco. Dein, quis Solem absolute vocavit πολὺν? Quis per πόλυς πόδας intellexerit Solis pedes? Nemo hercule, nemo: Phy ineptiæ! Illud πολύποδες, quod in quibusdam Libris M. S. fuisse dicitur, longe melius est haud dubie, quam Patris Jesuitæ somnia: Nam ut tarditatem Solis digne exprimerent, non modo sumserunt animal tardum, sed duos ex isto genere copularunt; qui euntes & proserpentes, si copulati fuerint, ita sese brachiis ac flagellis irretiunt, ut vix ire & proserpere possint vel tantillum. Sciunt, qui in vita communi non sunt hospites. Et hoc igitur Symbolum esse poterat solstitii hiemalis. Sume Lector, quod placet: Mihi δύο πόδες hactenus vide-

tur potius cum plerisque Membranis. Pro πολύποδες olim compendiarie scribebatur $\overline{\text{ποδες}}$: Hinc statim apparet, unde oriri potuit ista diversitas in Libris; una scilicet virgula male adjecta eam exclusit: Nihil frequentius isto genere erroris, ut sciunt Periti. Certe duplex olim Lectio hoc loco: Nam hinc quoque altera illa diversitas in συνηγμένοι & συνειργμένοι vel συνειργόμενοι: Scilicet συνηγμένοι melius est, si πολύποδες legas, συνειργμένοι autem vel συνειργόμενοι, si πόδες, ut jam monuimus: Et sic vel hoc vel illud sumtum pro utriusque lectionis indole ab Eruditis olim Criticis; quorum vestigia sequi non potuerunt Amanuenses imperiti: Nam, ut vides, utrumque in Libris, quos Hœschelius & Pierius contulerunt, ab illis perperam confusum est.

Cap. 5. Πολέμου στόμα δηλοῦσιν &c.] Hesychius, Στόμα, τὸ κατεργασικώτατον μέρος τοῦ πολέμου. Appositissime ad hunc locum.

Cap. 6. Ἀνθρώπου στόμαχον δηλοῖ δάκτυλος] An quia se contrahit & explicat ventriculus, ac si digitus esset? Scis, quid de parte, qua viri sumus, dicat Martialis: Ventriculus etiam erigitur & subsidet pro cibi mensura. Alii per στόμαχον intelligunt canalem, cujus ductu cibus in ventriculum delabitur, eumque digito assimilatum putant: Minus bene, si quid in his video.

Cap. 9. Ὀσφὺν ἣ φάσιν ἀνθρώπου βυλόμενοι &c.] Illud ὀσφὺν mihi perquam suspectum est: Nam cur spinam dorsi sumserunt ad lumbum denotandum? Hoc certe non sapit Symbolorum indolem, & doctrina eorum respuit. Dicam, quod sentio: Scribendum suspicor, Ἰσχὺν ἣ φάσιν ἀνθρώπου βυλόμενοι ζωγραφεῖν, τὸ νωτιαῖον &c. φάσις ἀνθρώπου est:

eſt corporis humani firmitas, qua ſtabile eſt ſibi: Interpres balbutit enim cum ſtatu conſtitutioneque ſua: Huic σάσι perbene jungitur ἰσχὺς; Hoc vident omnes: Et ſic ſuſpicio ſeſe commendat ſtatim. Literæ initiales poſtea appingendæ errores pepererunt innumeros: Et ſic Οσχὺν pro Ισχὺν pictum aliquando hic.

τινὲς δὲ λέγεσι τὸ σπέρμα &c.] Hæc ἐξήγησις eſt, quæ Horapollinem citat, ſi mentem ſuam accurate expreſſit Philippus in principio hujus Libri, ut certe videtur: Quanquam, ne quid diſſimulem, dubium inducere poſſet illud τινὲς λέγεσι. Nam ipſe Horapollo ita non ſolet certe.

Cap. 10. Ορτυγ@ ὀστέον ζωγραφέμενον, διαμονὴν &c.] Celebris eſt Coturnicum pugnacitas? An eo alludit Symbolum, & referendum eſt τὸ δυσπαθὲς? Haud puto, & cum Hœſchelio hic etiam ὄρυγ@ legendum eſſe aio, quod ita perſpicue in M. S. ſuo repperit Pierius Valerianus, ut conſtat ex *Lib.* 28. *Cap.* 34. *Hieroglyphic.* Ubi lectionem optimam de teſtudine peſſime explicat, quæ ſcilicet ἀπὸ τῆ ὀρύσσειν ſic dicta fuerit: Nihil ineptius, nihil falſius. Tu vide de Orygis cornu ipſum Hœſchelium ad *Cap.* 49. Libri Primi, ut ſic de oſſe hic melius judices. Eo pertinet etiam, quod apud Ælium Lampridium legimus de Commodo in ejus *Vita: Virium ad conficiendas feras tantarum fuit, ut elephantum conto transfigeret, & orygis cornu haſta tranſmiſerit.* Ubi Salmaſius cum *baſto* ſuo miſere ineptit: Nam id inſtrumentum non eſt, quo Orygis cornu aut ſolidius quicquam transmitti poteſt. Sed ea de re alias plura.

διότι δυσπαθὲς ἐστι τὸ ζ@ὸν ὀστέον] Hæc Horapolline non indigna eſt ἐξήγησις.

Cap. 11. δεξιούμενοι] Ita legendum eſt abſque ullo du-

bio: Apage, apage illud ἀξιέμενοι, quod in Verſione Merceri expreſſum eſt, ut vides.

Cap 13. Ανθρώπῳ δακτύλῳ ἀναμέτρησιν σημαίνει] Junge *Numer.* 6. Et hinc apparet, Philippum ex Diverſorum Commentariis hæc nuda Symbola excerpſiſſe, prout ſeſe offerebant: Nam cæteroquin junxiſſet ea. Sed quid dicendum de Enarratione, quam Phaſianinus huic Symbolo apponit? Eam ego hominis ingenio adſcribendam eſſe puto, donec Libri inveniantur, qui talia exhibeant Græce: Et idem judicium ferendum de illis, quæ Numero 8 & Numero 21 allevit bonus. Indolem Interpretis exempla, quæ Hœſchelius attulit in Notis, ſatis ſuperque probant mihi, neque dubito.

Cap. 14. Γυναῖκα ἔγγυον ἑλκόμενοι &c.] Pro ἔγγυον Hœſchelii & Pierii Codices ἔγκυον: Vide *Lib.* 44. *Cap.* 13. *Hieroglyphic*: Quæ ſcriptura non lenocinatur mihi: Nam ſic Symbola non quadrant, ſi quid in his video. Mulier deſponſata eleganter Solis Circulo, cui junctus eſt ἀστὴρ cum altero Sole bipartito, indicatur; quia in matrimonio & familia conjugata unus eſt Sol, maritus ſcilicet, cui adhæret ἀστὴρ cum Sole bipartito, id eſt, uxor, quæ omne decus & lumen a marito mutuat, ita tamen, ut poſt integrum Solem Sol etiam videatur bipartitus: ἀστὴρ eſt reſpectu Viri, Sol bipartitus reſpectu aliorum, qui in eadem familia vivunt. Vides? Symbola ſunt venuſta, ſi ἔγγυον legas; quæ ſi ἔγκυον ſumſeris, plane abſurda videntur mihi. Ego certe Aldinam non muto.

μετὰ ἡλίου δίσκου] Ne bis κύκλον diceret Philippus, vocem δίσκου adhibuit: Sunt iſta Synonyma, ut nemo neſcit. Aldus his ſtellulam appoſuit: Qua de cauſa perſpectum non eſt mihi.

σημ-

σημαίνεσιν] Hoc vitium alit manifeſtum: Recte Mercerus ζωγραφεῖσιν: Ineptos Amanuenſes decepit σημαίνειν identidem repetitum.

Cap. 15. ἔτι ἢ ἄλλως] Codex Auguſtanus, πῶς τὸ αὐτὸ: Sic Inſcriptiunculam habemus, cui Capitulum ſubjiciendum eſt novum. Nihil apertius.

οἷον πλέυγας ἔχων ἄνεμον σημαίνῃ] Cum Mercero ſcribendum eſt, οἷον πλέυγας ἔχοντα ἄνεμον σημαίνῃ. Puer viderit. Bonus Phaſianinus ex corrupta lectione ἐξήγησιν adornavit contra mentem Philippi.

Cap. 17. Βοὸς ἄῤῥενος] Ita etiam Pierius Valerianus ex Codice ſuo: Vide *Lib.* 3. *Cap.* 21. *Hieroglyphic.*

Cap. 18. ποινὴν σημαίνῃ] Scribitur etiam πονεῖν, ut Hœſchelius notat ad Marginem Editionis ſuæ: Perperam haud dubie & inepte. Nam ſic in hoc & præcedenti Capite bis idem diceretur contra ipſam verborum normam. Res eſt perſpicua.

Cap. 20. Ἱππος ποταμίου γραφόμενος ὥραν δηλοῖ] Hæc dubio procul corrupta ſunt. Nam quid ὥρην hic? An *pars diei*? Nihil inficetius, nihil a vero alienius. An igitur *tempus vernum*? Haud puto. Nam id nimis ambiguum eſt & nimis etiam venuſtum pro Philippo Noſtro, qui ver haud dubie hic vocaſſet ἦρ, ut Lectorem non relinqueret incertum. Sciunt, qui Linguam callent. Et eſto tamen; ὥραν pro vere uſurpaverit: Quid Hippopotamus ad denotandum tempus vernum? Illudne convenit, quod Cauſſinus comminiſcitur? Non credo. Nam ſic Hippopotamus non magis, quam quodvis aliud animal, quod herbas pabulatur, pro veris Symbolo fuiſſet ſumtus; ut nunc nihil de noxa dicam, quæ in temporis lætiſſimi

indicio cum aliis omnibus non injuria debuisset postponere. Dein, si a pabulo repetenda esset Symboli origo, æstatem potius, quam ver, designasset Hippopotamus: Nam ad depascendas segetes maturas e Nilo egredi dicitur inprimis & præcipue: Ælianus *Lib.* 5. *Cap.* 53. *de Animal.* Οἱ ἵπποι οἱ ποτάμιοι τοῦ Νείλου μέν εἰσι τρόφιμοι, ὅταν δὲ τὰ λήϊα ἐνακμάζῃ, καὶ ὦσιν οἱ στάχυες ξανθοὶ, οὐκ ἄρχονται παραχρῆμα κείρειν αὐτοὺς καὶ ἐσθίειν, ἀλλὰ παραμείβοντες ἔξωθεν τὸ λήϊον, στοχάζονται πόσον αὐτοὺς ἐμπλήσειε μέτρον· εἶτα λογισάμενοι τὸ ἀποχρῆσον σφίσιν, ἐμπίπτουσι, καὶ ἀναχωροῦσιν ἐπὶ πόδα ἐμπιπλάμενοι, τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ κατὰ νώτου λαβόντες. πεφιλοσόφηται δὲ ἄρα τοῦτο αὐτοῖς, ἵνα εἴ τινες τῶν γεωργῶν ἐπίοιεν ἀμυνόμενοι, ὧδε ἐκ τοῦ ῥάστου ἐς τὸ ὕδωρ καταδράμοντες ἔχοιεν τοὺς πολεμίους ἀντιπροσώπους, ἀλλ' οὐκ ὄπισθεν οἱ ἵπποι οὗτοι δοκοῦντες. Ita legendus est ille locus, qui in Libris Nostris nunc circumfertur mendosus. Nota in transitu illud, παραμείβοντες ἔξωθεν τὸ λήϊον, στοχάζονται πόσον αὐτοὺς &c. Nam sic lux tibi in istis Plinii *Lib.* 8. *Cap.* 25. de Hippopotamo: *Depascitur segetes, destinatione ante, ut ferunt, determinatas in diem, & ex agro ferentibus vestigiis, ne quæ revertenti insidiæ comparentur.* Non omnes arvi segetes ore decerpit Hippopotamus, sed quantum sibi sufficiat pro pabulo diurno, ut sic revertens inveniat subinde, quod unius diei expleat famem: Ita Ælianus non obscure, & Plinius nunc diserte. Scis, quid sit *in diem vivere*: Eadem ratione loquendi *segetes destinatione ante determinatas in diem* dixit Historiæ Naturalis Autor. Nihil apertius, nihil indubitatius: Id tamen non intelligebat Magnus Polyhistor, qui ideo, *segetes destinatione ante, ut ferunt, determinatas, indidem & ex agro ferentibus vestigiis*, Plinio obtrudebat invito. Sed de his

plura

plura alias. Ex dictis apparet, non magis vernum, quam æstivum tempus significaturum fuisse Hippopotamum, si pabuli habenda esset ratio. Et sic nihil ad rem facit commentum illud Cauſſini; de quo ipse Autor dubitavit provide. Nam hinc est, quod statim ad correctionem accedat, & pro ὥραν legendum suspicetur ἀέρα: Longe melius certe & acutius: Quare non repugnabo, si ita cum Cauſſino legere velis. Alias dicendum Scribas ignavos vocem decurtasse, & in Libris Antiquioribus pro ὥραν exaratum fuisse φθορὰν; quod certe magis adhuc adblanditur mihi propter illud ipsum, quod de Hippopotami noxa omnes Autores scribunt uno ore. Elige Lector, alterutrum haud dubie verum est.

Cap. 24. Σφὴξ ἀεροπετὴς, ἤτοι αἷμα &c.] Hæc certo certius inepta sunt: Nam quid vespa volans ad sanguinem Crocodili & cædem? Nugæ, nugæ. An scribendum mutata distinctione, Σφὴξ ἀεροπετὴς ἤτοι αἷμα κροκοδείλε, βλαπτικὸν ἢ φόνου σημαντ. *Vespa per aërem volitans vel Crocodili sanguis, noxium vel cædem denotat.* ut sic duo Symbola, & duas res Symbolis denotatas habeamus hic? Non displiceret suspicio, si sanguini Crocodilino non obstaret, quod semini humano obstitisse vidimus: Quomodo scilicet Crocodili sanguis pro Symbolo esse potuit? Estne in eo aliquid, quo statim ab alio quovis sanguine discerni possit? Nihil minus, nihil minus: Sanguis enim Crocodili pictus non magis videbitur sanguis Crocodili, quam alterius cujuscunque animalis. Et hoc iterum ostendit, aliud quid delitescere hoc loco: Scribendum autumo plane, Σφὴξ ἀεροπετὴς ἤτοι λαῖμα κροκοδείλε, βλαπτικὸν ἢ φόνου σημαντ. Sic nihil evidentius aut appositum magis: σφὴξ ἀεροπετὴς βλαπ-

βλαπλικὸν notat, λαῖμα κροκοδείλε φόνου: Hæc pueri intelligunt. Vulgatum αἷμα κροκοδείλε ἐλαπλικὸν etiam non convenit, quia Crocodili ſanguis inter remedia eſt apud Medicos: Vide, ut Alios omittam, Plinium *Lib.* 28. *Cap.* 8. *Hiſtor. Natural.* Quin & αἷμα κροκοδείλε, ſi pro Symbolo haberi poſſet, non ſatis bene adumbraret cædem, quia Crocodili ſanguine ea certe non peragitur: Hoc quiſque intelligit, & priorem conjecturam noſtram quoque premit. In altera nihil tale, & dubium revera nullum: Quare ipſo certo mihi videtur certior. λαῖμα καμήλε habes apud Ariſtophanem in *Avibus*; ubi aliquis ex Cuſteri amicis reponendum exiſtimabat δ' αἷμα: Male abſque dubio & nullo jure. Sed de loco iſto alias & loco ſuo. Aldinum, Πῶς φονέα ἢ αἷμα; Κροκοδείλε σφῆξ ἀεροπετὴς &c, longe inceptiſſimum eſt, & ablegandum ad ipſas Crocodili fauces.

Cap. 25. τοῖς νεοσσοῖς τ κερωνῶν] An pullos cornicum præciſe? Videndum. Fors aliud latet: Apud Plinium *Lib.* 10. *Cap.* 74. legimus inter alia, *Diſſident olores & aquilæ: corvus & chlorio, noctu invicem ova exquirentes.* Quod ibi mirantur Viri Eruditi, quia aves illæ noctu non volant. Quo jure, videbimus alias: Nunc dicam tantum, de corvo dubium ſupereſſe nullum, ſi non omnem, ſed nocturnum hunc intelligamus, qui haud dubie a nocturno volatu ita dictus. Similiter accipi poteſt locus Athenæi *Lib.* 8. *Cap.* 12. *Convivii*, γλαῦκες δέ φησι καὶ νύκτικες ἡμέρας ἀδυνατεῖσι ἐλέπειν, διὸ νύκτωρ τὴν τροφὴν &c. Ubi Viri Eruditi contra omnium Librorum auctoritatem νυκτικόρακες nunc reponunt ſibi: Plura ſuo loco. Et hoc ſatis probabile videtur mihi, quia alterum probabile inde ſequitur: χλωρίων, de quo Ælianus & Alii præter Plinium,

eſt

est satis quidem notus, sed tamen ignotior, quam cornix: Hinc facile Amanuenses in exaranda voce potuerunt labi, & ex minus nota procudere magis notam. Legamus enim τοῖς νεοσσοῖς τ' χλωρίωνων, habebimus statim illud dissidium, cujus meminit Plinius, & locus hic plane singularis erit explicando Historico: Sane hoc valde lenocinatur mihi, & multis, nisi fallor, etiam lenocinabitur. Sed videant Eruditi: Mutatio est levissima, qua utimur, & ipsa vocis absentia in Libris quibusdam ex ejus ignoratione potuit originem ducere. Ita scilicet sapiebant sæpe Scribæ, qui κορωνῶν, ut domesticum & familiarissimum, omnibus modis retinuissent sibi.

Cap. 26. ὡς θήρην θανατ —— &c.] Hæc misere truncata sunt, & nemo restituet sine Libris: De Phasianino quid sentiam, dixi. Ego puto Symbola plura, & res Symbolis denotatas etiam plures, hic fuisse commemorata: παγὶς ἔρωτα sit unum; *laqueus amorem denotat.* Huic adjunctum fuerit alterum, ὡς θήρην θάνατον; *venatio mortem:* Quod multis modis verum esse potest. Tertium forte, πτερὸν ἀέρα; *ala aërem.* De vento ala indicato habuimus supra: Illud non absimile huic. Nam ipse ventus aër est motus, ut nemo nescit. Quare hactenus legeretur satis bene, Παγὶς ἔρωτα ὡς θήρα θάνατον, πτερὸν ἀέρα σημαίνῃ. Reliqua non capio. Vox abest, qua *filius* Symbolice denotatus: Hanc alii quærant; sic Articulus esset integer. Nam post σημαίνῃ perbene sequi potuit eodem ordine, —— ὸν υἱόν: Hoc satis apertum. Sed an forte scribendum ὠὸν υἱόν? Id verum esse posset: Nam filius filiam comprehendit, & magis dignum sumtum pro minus digno; Junge *Cap. 53. Lib. 1.* Ubi υἱὸς etiam haud dubie est τέκνον. Sed

Eruditi videant: Aberramus fortaſſe toto cælo, & cum nihil de his dicere conſtitueramus, omnia de illis dicimus, quæ Critices auxilio poſſumus. Eo ſcilicet nos ducit te adjuvandi ſtudium, Lector. Hœſchelius ad marginem Editionis ſuæ ita ſupplebat & vertebat Græca, Παγὶς ἔρωτα ὡς θήραν θαναληθόρον, πτερὸν ἀέρα σημαίνει, *Laqueus amorem ut indaginem lethiferam, ala aërem ſignificat*, neglectis reliquis: Id ſcias velim. Apud Pierium Valerianum *Lib.* 21. *Cap.* 21. *Hieroglyph.* πτερὸν ἢ ἀέρα totidem literis eſt ex Codice M. S.

Cap. 27. Λόγοι ἢ φύλλα ] Mercerus recte, *Sermones & folia:* Folia ſunt antiquiſſima, ut ſermones etiam. Pierii *deſcripta folia* hic ego non capio: Sed talia ille multa, quæ ſponte prætereo.

Cap. 28. Κλίμαξ, πολιορκίαν, δ΄ὰ τὸ ἀνώμαλον ] Neſcio, an hoc ſatis ſyncerum & bonum: Peropportune legeretur, Κλίμαξ, πολιορκίαν ἢ τὸ ἀνώμαλον: Hoc quiſque ſentit ſtatim. ἢ & δ΄ὰ compendiarie & implicite ſcripta perquam gemella ſunt: In iſtis gemellis cæcutierunt, quibus in ipſis diverſiſſimis id contigit ſæpe. Nihil pronius. ἐξήγησις, quam exhibet δ΄ὰ, hic etiam minus eſt accommoda.

Cap. 29. Γράμματα ἑπτὰ ἐν δυσὶ &c.] In his Viri Eruditi fuerunt talpæ. Dicam tribus verbis, quod debeo: Pro δακτύλοις legendum eſt δακτύλιοις. *Septem literæ duobus annulis comprehenſæ Muſam, aut infinitum, aut fatum denotant.* Pro digitis nunc habemus annulos, qui ita videntur adornati, ut unus per alterum ductus fuerit in modum Sphæræ: His autem inſcriptæ non uno loco literæ ſeptem. Numerus ſeptenarius ſatis celebris eſt: Et annulus haud dubie infinitum notat, finem non habens ipſe. ἄπει-

ρος

ρῷ δακτύλῳ quo ſenſu dicatur Græce, ſciunt omnes. Sunt hæc aperta nunc & bona.

Cap. 30. γραμμὴ ὀρθὴ μία, ἅμα &c.] Hæc inepta ſunt & abſque dubio corrupta, ſive Hœſchelium, ſive Aldum ſequamur: An forte legendum, γραμμὴ ὀρθὴ μία ἅμα γραμμῇ ἐπικεκαμμένῃ, ἢ δέκα γραμμαὶ ἄπεδοι σημαίνουσι. *Una linea recta cum altera inflexa, vel decem lineæ campeſtres denotant*? Hoc ego tenebo, donec Alii meliora afferant. Qui in plano degunt & campeſtria inhabitant, dicuntur hic ἄπεδοι, illoſque deſignarunt Ægyptii Symbolis iſtis: Ægyptum noſti & regiones adjacentes. Latinorum *campi* a κάμπος & κάμπειν multis videntur dicti: Eodem pertinere potuit γραμμῆς unius κάμπης. In Linguis diverſis originationes ſæpe eædem quod ad res ipſas attinet. Attende autem ad illud σημαίνουσι, quod numerum multitudinis & γραμμαὶ certe requirit ſibi: Nihil apertum magis. Pierius Valerianus *Lib.* 37. *Cap.* 27. *Hieroglyphic.* ex Codice M. S. adfert hanc ſcripturam, γραμμὴ ὀρθὴ μία ἅμα γραμμῇ ἀπικεκλημένῃ, ἢ —— ἢ δέκα γραμμὰς ἀπέδους σημαίνουσι. Quæ eodem pertinet, quo illa Codicis Auguſtani: Nam ἢ δέκα diſerte exhibet; quod cum in Libro priori ad marginem adſcriptum eſſet, poſterior Librarius recepit in contextum, retenta ſimul ipſa lectione mutilata: Nam hinc procul dubio eſt illud, ἢ —— ἢ δέκα. Pro ἐπικεκαμμένῃ in Libro iſto erat ἐπικεκλημένῃ: Perperam & corrupte: Nam ſcribendum ſane ἐπικεκλιμένῃ, quod ab ἐπικεκαμμένῃ non abludit. Res eſt aperta. At bonus ille Pierius mendam retinebat bono animo, indeque *adſcita* conficiebat ſibi: Quicquamne inſulſius?

Cap. 31. μέλλουσα τεθνᾶναι] Non tantum morti, ſed

etiam partui proxima, facit hirundo, quod hic dicitur: Vide loca ab Hœschelio citata. Quare cum mica salis hoc accipiendum est: Hirundo paritura pullis construit latebras in ipsum mortis eventum, quem metuit.

Cap. 32. περιστερὰν μέλαιναν ζωγραφῶσιν ] Si de Columba nigra hoc intelligendum sit, ab Æliano dissentit Noster, & nigris tribuit, quod ille tribuisset albis: Vide quæ ad *Cap. 57. Lib.* 1. notavimus. Et hoc verum forte. Fallor tamen, aut de φάττῃ hic egit Autor, & paulo indistinctius locutus est, ut plerique fecerunt sæpe: Sic inter φάτταις, primas pudicitiæ laudes tribuit nigris, ut Ælianus inter περιστερὰς, albis. De turture hic cogitare non possumus, quia turtures nigri non dantur: Nisi forte colorem sumserint nigrum, non ut colorem avis, sed ut colorem tristitiæ adumbrarent; Quod tamen non sit mihi verisimile, & a Symbolorum ingenio abhorret. Quare sequamur illud.

ἕως ἂν χηρεύσῃ ] Interpres, *Hæc enim quamdiu vidua est, alteri viro non miscetur.* Sed ita omnes viduæ, sive rationis participes sint, sive non: Quare hoc nihil præcipuum notat in columba. Res est aperta, & miror Viros Eruditos hic adeo hebetes. Scribendum, αὕτη γὰρ ἅ συμμίγνυται ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἐξ ἂν χηρεύσῃ, *hæc enim cum altero viro non consuescit, ex quo vidua facta est.* Hoc dicit, quod dicendum erat. Scriptura implicita errorem iterum peperit.

Cap. 34. λεῖψον μυρμήκων ] Genus neutrum, ut loquuntur, participii λείψων, quod pro substantivo hic adhibuit Philippus, si Editionem Hœschelii sequamur: Sed an forte Typothetæ fuerunt minus diligentes, & pro λεῖψιν, ut

ut Aldus & Mercerus ediderant, per errorem dederunt λεῖψον? Id mihi perquam probabile.

Cap. 35. ἑκάτερον γὰρ ἀναιρεῖ ] Ita Hœschelius edidit ex Libro Augustano: Inepte & absque ullo judicio. Nam sic nihil in his boni: Vide modo præcedens, ἄνθρωπον ἔχθρον ἑτέρῳ ἴσῳ ἐναντιούμενον, Vide modo sequens, εἰ γὰρ ἐναντίον ἦν ἀναιρετικὸν θ' ἑτέρου, omnemque totius Capitis structuram, res adeo tibi aperta erit, ut nihil apertum magis excogitari posset. Verissime Aldus ex Libris suis, ἑκάτερῳ γὰρ ἑκάτερον ἀναιρεῖ: Quod imperiti mutarunt, quia ridiculum videbatur illis, parvum Scorpionem cum Crocodilo maximo, ut parem inimicum, componere. Atqui nihil tale necesse est, ut fiat: Nam quod nunc primus ego moneo, & omnes Viri Eruditi ante me monere debuissent diu, de Crocodilo fluviatili hic non est sermo, sed de Crocodilo terrestri, qui ita sæpe dictus ἁπλῶς: Vide ne nota congeram, Salmasium in *Exercitat. Plinian. pag.* 613. & Bochartum in *Hierozoic. Part.* 1. *pag.* 1060. Est autem Crocodilus ille terrestris, Stellio ex lacertarum genere, cui cum Scorpione bellum perpetuum & internecinum: Ælianus *Lib.* 6. *Cap.* 22. *de Animalib.* Ἐχθίστα γὰρ τῷ μὲν λέοντι πῦρ καὶ ἀλεκτρυών, ὕαινα δὲ τῇ παρδάλεῃ, σκορπίῳ δὲ ἀσκαλαβώτης. νάρκη γὰρ ἐστὶν ἡ σκορπίου καλαλαμβάνῃ, προσαχθέντος δὲ ζώου θανασιμώτατα προσιεμένου. Et Plinius *Lib.* 29. *Cap.* 4. *Scorpionibus contrarius maxime invicem stellio traditur, ut visu quoque pavorem iis afferat, & torporem frigidi sudoris. Itaque in oleo putrefaciunt eum, & ita ea vulnera perungunt. Hunc Græci coloten vocant, & ascalaboten, & galeoten. In Italia non nascitur. Est enim hic plenus lentigine, stridoris acerbi, & vescitur, quæ omnia a nostris stellionibus aliena sunt.* Unde

lux Arabi Pandectario, qui ita de Crocodilo hoc minori, *Dhab est quoddam animal, ut lacerta magna, ventricosum; & Latine vocatur Ballecola. Est species stellionis Arabici.* Hierozoici Scriptor, quid sit *Ballecola*, ingenue fatetur se nescire, vocemque corruptam putat: In quo egregie fallitur & fallit. Nam integerrima est & facilis: *Ballecola* scilicet scriptum pro *Vallecola* vel *Vallicola*, eoque nomine dictus Crocodilus terrestris, quia in amœnissimis convallibus & pratis solet degere: Aperte Plinius *Lib.* 28. *Cap.* 8. *Alter* (scilicet Crocodilus) *illi similis, multum infra magnitudinem, in terra tantum odoratissimisque floribus vivit. Ob id intestina ejus diligenter exquiruntur jucundo nidore fracta, Crocodileam vocant, oculorum vitiis utilissimam.* Sed hoc in transitu: De Crocodilo minori nos plura forte alias. Nunc omnia in his sibi constant, & quod caput est rei, inimicos hic habemus pares, qui mutuum sibi afferunt exitium: Id omnes & singuli vident. De inimicitia inter Scorpionem & Crocodilum fluviatilem, in Antiquorum Scriptis nec vola, nec vestigium extat: Nam quod ex loco Æliani colligunt Viri Eruditi, longe ineptissimum est, & falsius ipso falso. Videamus eum hac occasione: Ita habent vulgo verba Græca *Lib.* 2. *Cap.* 33. *de Animalib.* κατέγνωσαν δὲ ἄρα τοῦ ζώου τοῦδε (κροκόδειλου) ἤδη τινὲς, ὅτι τίκτει μὲν τοσαῦτα ὠὰ, ὅσαις ἂν καὶ ἡμέραις ἐπωάζουσιν ὄρνεις. εἶτα ὅταν γλύψῃ τὰ νεόττια. ἤδη δὲ ἔγωγε ἤκουσα, ὁ κροκόδειλος ὅπως ἂν ἀποθάνῃ, σκορπίον ἐξ αὐτοῦ τίκτεσθαι. κέντρον δὲ ἄρα οὐραῖον αὐτὸν ἔχειν λέγουσιν ἰοῦ πεπληρωμένον. Quæ Viri Eruditi vertunt: *Hoc etiam aliqui in hoc animante observarunt, totidem ab eo pari ova, quot etiam diebus ovis soleat incubare: ut primum vero catuli fuerint*

*rint exclusi, scorpium e crocodilo nasci audio, cujus caudæ aculeo venenato ille ictus intereat.* Pessime & Græcis plane neglectis. Dicam paucis: Ab illis, ἤδη δὲ ἔγωγε ἤκουσα &c, nova sententia incipit, & ὁ κροκόδειλος ὅπως ἂν ἀποθάνῃ vertendum est, *Crocodilus quomodocunque mortuus fuerit*, id est, sive naturaliter, sive violente; sive in aqua, sive in terra: Sic statim ἐξ αὐτοῦ τίκτεσθαι sese aperit, & sensum habet bonum. Ex Crocodilo mortuo nascitur Scorpius: Antigonus Carystius *Cap.* 23. *Mirabil.* Φασὶ δὲ καὶ τὸν κροκόδειλον σκορπίους γεννᾷν, καὶ ἐκ τῶν ἵππων σφῆκας γεννᾶσθαι. Archelaus Ægyptius ab eo citatus,

Εἰς ὑμᾶς κροκόδειλον ἀποφθίμενον διαλύει,
Σκορπίοι, ἡ πάντα ζωοθετοῦσα φύσις.

Sequentia apta sunt, & satis perspicua per se: Fallor tamen, aut copula excidit, quam restituere debemus. Scorpius, qui ex Crocodilo nascitur, alius est a Scorpio, qui parentes habet sui generis: Vide ipsum Ælianum *Lib.* 6. *Cap.* 20. *de Animalib.* Scribe igitur, κέντρον δὲ ἄρα οὐραῖον καὶ αὐτὸν ἔχειν λέγουσιν ἰοῦ πεπληρωμένον. Non aliter scilicet, quam verus & proprie dictus Scorpio: Ita accipiendus est ille locus. Qui εἶτα ὅταν γλύψῃ τὰ νεόττια cum jam explicitis conjungunt, misere hallucinantur, & longe absurdissima narrant: Nam primo, quid est, ὅταν γλύψῃ τὰ νεόττια, σκορπίος ἐξ αὐτοῦ τίκτεται? An simulac pullos excluserit Crocodilus, ex eo nascitur Scorpius; & novo partu mox animal vivum edit, non ovum vel ova? Hoc novum, hoc mirum, hoc incredibile prorsus & a nemine unquam traditum. Dein illud, ὁ κροκόδειλος ὅπως ἂν ἀποθάνῃ, prout ab illis exponitur, quid erit, quæso? An Scor-

Scorpius ille, ſimulac Crocodilus pullos excluſerit, naſcitur, & matri exitium affert? Ita ſentiunt; ita accipiunt verba: Sed quis unquam ſimile vel fando audivit? Quid igitur? An non niſi ſemel parit Crocodilus, & ſtatim poſt partum primum a pullo ſuo interficitur ſemper? Nihil ineptius, nihil anilius. Omnes uno ore teſtantur, Crocodilis vitam eſſe longævam: Hoc falſum, & uno ore a nobis omnibus negandum, ſi vera ſint illa. Apage, apage nugas, quibus diutius inhærere nolo: Jam enim omnes eas nugaciſſimas eſſe ſentiunt, ſi quid ſentire poſſunt. Quod nos dicimus de Æliani loco, veriſſimum eſt, nec in dubium vocandum. Sed quid eſt, quod apud Philen legimus, ex loco Æliani depromtum?

Ὠῶν δὲ σωρὸν ὁ κροκόδειλος μὲν κύῃ,
Μετὰ δέ γε τὴν ἔκλεψιν ἐυθὺς τῶν τόκων,
Ἐγκεντρος ἐξέρπῃ τὶς αὐτῶν σκορπίος,
Ὑφ' ἓν τελευτᾷ πρὸς φθορὰν πεπληγμένος.

Fateor, ex iſtis ſua derivarunt Homines Literati, ſed imperite etiam & incondite: Nam quid poſt ἔκλεψιν ἐυθὺς τῶν τόκων eſt illud ἐξέρπῃ αὐτῶν? An ex ipſis pullis naſcitur Scorpius, & illi, qui vix nati ſunt, abſque conceptione pariunt ſtatim? Vel poſtquam ovis exierunt pulli, ſtatim ex iiſdem ovis exit Scorpius, qui ſcilicet in aliquo angello ovi hactenus latuerat? Et ſic, ſive ex pullis, ſive ex ovis exeat fætura nova, tot ſunt Scorpii, quot ſunt vel pulli vel ova? Certe αὐτῶν non poteſt aliter accipi, quam vel hoc vel illo modo. Jam autem utrumque adeo ineptum eſt, ut nihil magis, ipſumque numerum aperte reſpuit Autor. Dein, ὑφ' ἓν τελευτᾷ

πρὸς

πρὸς φθορὰν πεπλημμένῳ an præciſe ad Crocodilum pertinet, & Scorpium nobis exhibet parricidam? Nihil minus, nihil minus: Nam homines, quotquot ſunt, reſpicere, & necem, quam omnes & ſinguli a Scorpio Crocodilino ſibi metuere debent, adumbrare poſſunt illa: Hoc certum & dubii expers. Quid igitur? Longe aliud latet, quod nunc commode etiam aperiam tibi. Locus Æliani manifeſte corruptus eſt in illis, ὅσαις ἂν ἢ ἡμέραις ἐπωάζωσιν ὄρνεις. εἶτα ὅταν γλύψῃ τὰ νεόττια. Nam falſiſſimum eſt, Crocodilum tot ova parere, quot ſunt dies, quibus ovis incubant aves: Sexaginta quippe ova vulgo parit Crocodilus; Et ſic aves dies etiam ſexaginta ovis incubarent vulgo: Quod omnes aliter habere ſciunt: Hoc primum. Dein, εἶτα ὅταν γλύψῃ τὰ νεόττια aperte pendent, & nihil habent, quo ſeſe referre poſſunt. Quare certiſſimum eſt mendum; cujus correctio vellem, eſſet æque certa. Sed hic laboramus. Dicam tamen, quod ſuſpicor: Scribendum forte, ὃν τίκτει μὲν τοσαῦτα ὠὰ, ὅσαις ἂν ἢ ἡμέραις ἐπωάζει, ὄρνις εἶτα, ὅταν γλύψῃ τὰ νεόττια. Crocodilus, ut pulli ex ovis prodeant, facit, quod aves facere ſolent: Putamen ſcilicet frangit, & ſic exeundi copiam illis præbet. Eo reſpiciens Autor, poſt ἐπωάζει ſubjicit, ὄρνις εἶτα, ὅταν γλύψῃ τὰ νεόττια, quod paulo floridius ſcriptum pro εἶτα ὡς ὄρνις γλύφον τὰ νεόττια: *avis dein, cum pullos excludat*, id eſt, quemadmodum avis, ut ſolent aves, excludens pullos; cum ovi putamen detrahit, avis eſt, & ſe pro ave gerit Crocodilus: Nihil fortius aut ſignatius. Talia habemus infinita in Utraque Lingua, & aliis etiam hodiernis uſuque tritis: Quare mihi non diſplicet, hercule, ſuſpicio. Quicquid ſit, vulgata ſcriptura vitium contraxit, & in

iſtis Codicibus, quibus uſus eſt Phile, jam depravata fuit: Nam inde etiam factum, ut olim Sapiens ille Jamborum Scriptor, ſimiliter ut Viri Eruditi hac tempeſtate, perperam conjunxerit εἶτα ὅταν γλύψῃ τὰ νεόττια cum verbis ſequentibus, a quibus accurate ſeparanda ſunt; & ſic ſententiam ſibi confinxerit a mente Æliani plane alienam. Non tamen ita imprudens fuit, ut Noſtri eum fuiſſe putant: Illa enim Æliani, ὁ κροκόδειλος ὅπως ἂν ἀποθάνῃ, negligens, hæc ſola ſibi ſumſit adumbranda, εἶτα ὅταν γλύψῃ τὰ νεόττια, ἤδη δὲ ἔγωγε ἤκουσα, σκορπίον ἐξ αὐτοῦ τίκτεσθαι· κέντρον δὲ ἄρα οὐραῖον αὐτὸν ἔχειν λέγουσιν ἰοῦ πεπληρωμένον. Idque fecit hoc modo,

Μετὰ δέ γε τὴν ἔκλεψιν εὐθὺς τῶν τόκων,
Εγκεντρος ἐξέρπει τὶς αὐτῷ σκορπίος,
Υφ' οὗ τελευτᾷ πρὸς φθορὰν πεπληγμένος.

Singula reſpondent ſingulis: Æliani εἶτα ὅταν γλύψῃ τὰ νεόττια, exprimunt illa Μετὰ δέ γε τὴν ἔκλεψιν εὐθὺς τῶν τόκων: Sequentia ἤκουσα σκορπίον ἐξ αὐτοῦ τίκτεσθαι, hæcce Εγκεντρος ἐξέρπει τὶς αὐτῷ σκορπίος: Poſterius denique κέντρον δὲ ἄρα οὐραῖον &c, illud Υφ' οὗ τελευτᾷ πρὸς φθορὰν πεπληγμένος: quod ſic appoſite ad omnes homines pertinet, qui ſibi cavere debent a Scorpii Crocodilini aculeo. Sentisne? Id ſpero: Nihil enim apertius. Erunt, qui Verſum poſtremum ita ſcribent, Υφ' οὗ τελευτὴ πρὸς φθορὰν πεπληγμένοις, ut dubium poſthac ſuperſit nullum: Sed id neceſſe non videtur mihi, ubi verba recte explicita ſunt, & Autor credidit, ea neminem de Crocodilo accepturum eſſe, quia nemo eſt, qui ſimile quid de Crocodili nece ſcripſit unquam. Illud notandum eſt; quod in ἐξ αὐτοῦ ille etiam hærens, pro eo am-

ambigue dederit ἀυτῷ: Nam ſic rem in medio quaſi relinquit, & nihil definit certo, ut facere potuiſſet ſtatim, ſi ἀυτȣ̃ ſcripſiſſet, & ſic Æliani illud expreſſiſſet. Atque hæc in tranſitu. Miſere in illis cæcutierunt omnes, & plane ridiculi ſunt, qui ex Philete apud Ælianum pro ἀυτȣ̃ ſcripſerunt ἀυτῶν, ut ſic ova intelligerentur ſcilicet: Phy ineptiæ, quæ ipſas ineptias ſuperant! Et ſic apparet luce meridiana clarius, locum Horapollinis de Crocodilo terreſtri non modo accipi poſſe, ſed etiam accipi deberi, quia inter Scorpium & Crocodilum fluviatilem omnis inimicitia plane ceſſat.

Cap. 36. αὕτη γὰρ ἄῤῥενος αἰδοῖον ἔχει, ὡς ὀστάριον] Eo pertinent etiam verba Ariſtotelis *Lib.* 9. *Cap.* 6. *de Hiſtor. Animal.* ἔστι δὲ (ἡ ἰκτὶς ſeu muſtela ſylveſtris) καὶ ὀρνιθοφάγος, ὥσπερ αἱ αἴλȣροι· τὸ δ' αἰδοῖον αὐτῆς ἐστι μὲν, ὥσπερ εἴρηται, ὀστȣ̃ν, δοκεῖ δ' εἶναι φάρμακον στραγγȣρίας τὸ τȣ̃ ἄῤῥενος. Quia ſcilicet & mas & fœmina illud genitale habent, diſerte addidit τὸ τȣ̃ ἄῤῥενος: Emphaſis eſt in voce.

Cap. 37. ἄνθρωπον ἐξώλη] *Hominem ſpurcum:* Gloſſæ Labbæi ita opportune, ut alia præteream. Interpres male, ut vides nunc.

Cap. 38. πυρέττειν] De calore accipe ex nimia iracundia, & febri inde orta.

ἐκστοΐζοντα] Haud dubie hic & poſtea legendum eſt vel ἐξοστίζοντα & ἐξοστιζομένȣς, vel ἐξοστεΐζοντα & ἐξοστεϊζομένȣς: Prius debetur Pierio Valeriano, quem videre potes *Lib.* 1. *Hieroglyphic.* Poſterius Davidi Hœſchelio. Utrumque ſcilicet dixerunt Græci, & Linguæ Genius admittit, ut norunt, qui Græce docti ſunt, & probare non neceſſe eſt mihi: Ipſum autem verbum ita aperte ſuggerit vox ὀστᾶ,

ut mirer fuisse quemquam, qui id non restituerit statim primo oculorum conspectu.

τὺς σκύμνυς δὲ ἐκςοϊζομένυς] Sententia non est apta, nec verba cohærent, ut debent: Si legeretur, τὺς σκύμνυς δὲ ἐξοςιζομένυς, διὰ τὸ πυρετὸν· ἐπειδὴ τὰ ὀςᾶ τῶν &c, nihil accommodatius aut convenientius foret. Non modo θυμὸς ἄμετρος hoc Symbolo exprimitur, sed etiam ὁ ἐκ θυμοῦ ἄμετρυ πυρετὸς: Quare sic recte λεόντα μὲν διὰ τὸ θυμὸν præcedit, ut prius adumbretur; commode autem sequitur σκύμνυς δὲ ἐξοςιζομένυς, διὰ τὸν πυρετὸν, ut exprimatur posterius: Ad quod manifestius declarandum, opportune subjicitur ἐπειδὴ τὰ ὀςᾶ τῶν σκύμνων &c. Nam id non scivissent omnes, sed ignorassent plerique. Attende, attende, Lector: Fallor, aut hoc simileve requiritur, ne sententia sit imperfecta.

κοπτόμενα] *Si findantur*: ut cilices fissi ignem emittunt, ita & catulorum Leoninorum ossa. Interpres male *collidantur*.

Cap. 39. οὗτος γὰρ ἡδύτατον μέλος ᾄδει γηράσκων] Novum hoc: Nam moriens ab Aliis dicitur concentum modulatissimum edere. Pueri sciunt, nihilque vulgatius. An forte Philippus scripserat ad mentem Horapollinis, οὗτος γὰρ ἡδύτατον μέλος ᾄδει θνήσκων? Quia morti proximus cantu excellit Cygnus, eo designarunt Senem Musicum, qui jam cilices cernit, ad Charontis properans cymbam. Hoc verum forte: Nam γέροντα præcedens facile seducere potuit Amanuenses. Nihil tamen affirmo: Judicent Eruditi.

Cap. 40. ὡς μίγνυται ἄνθρωπος κατὰ φύσιν] Ut hæc intelligas, notanda sunt verba Æliani *Lib.* 3. *Cap.* 9. *de Animal.* Κορῶναι ἀλλήλαις εἰσὶ πιςόται, καὶ ὅταν εἰς κοινωνίαν συνέλθω-

σι,

σι, πάνυ σφόδρα ἀγαπῶσι σφᾶς, ἢ ἐκ ἂν ἴδοι τις μιγνύμενα ταῦτα τὰ ζῶα ἀνέδην, ἢ ὡς ἔτυχε. Cum pudore peragunt opus Venereum, & non in omnium oculis palam, sed in secreto privatim: Hoc est κατὰ φύσιν; hoc reliqua sibi volunt. Interpres ambigue, & nisi fallor, ridicule: Nam ad modum operandi respicit, qui nequaquam humanus.

Cap. 41. πυρέξαντα] *Inflammatum, adustum.* Phasianinus dixit, quod voluit, more suo.

Cap. 42. διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἢ μήτραν ἐπ' εὐθείας] Junge Gesnerum in *Historia Animalium*, & vide etiam Aristotelem *Lib.* 10. *Cap.* 2. *de Animalib.*

Cap. 43. ἐκεῖνο γὰρ ἀπὸ τ' ὀχείας καταβαίνων &c.] *Ille enim ab inscensu descendens, si quidem in læva descenderit &c.* Verba Græca sunt longe significatiora, quam Latina Interpretis: Plinius etiam *Lib.* 8. *Cap.* 45. minus Emphatice, *Si post coitum ad dextram partem abeant tauri, generatos mares esse; si in lævam, fœminas.* Ad ipsum descensum attendendum est, & in quam partem ille fiat: Hoc discas ex Græcis rite intellectis. Aldi καταβάλλων ineptum est nude & simpliciter positum: ἑαυτὸν καταβάλλειν, *se demittere*, dicunt Græci. Quare si articulus adesset, lectio illa etiam foret optima.

Cap. 46. φύλλον ἐπιτίθησι δάφνης &c.] Id enim a Diis quoque videtur edocta, & primo rerum humanarum Autore: Quin & ipsa δάφνη Oraculum designat, & vocem divinam ἐκ γεμμάτων δαφνίνων λακεῖσαν: Eruditi sciunt. Sic Symbolum cum re Symbolo expressa convenit: ἀπὸ χρησμῶ ἰατρεύοντα ἑαυτὸν habemus hic diserte. Cæterum quod Hœschelius hic notat de Origano ex Libris Æliani, plane diversum est, & alio pertinet: Hic morbus, ibi vul-

nus commemoratur; hic lauri folium in nidum imponitur, ibi origanum manducatum applicatur vulneri. Moneo, ne minus periti decipiantur ejusmodi Notulis. Ad rem magis Ælianus *Lib.* 1. *Cap.* 35. *de Animal.* & Plinius *Lib.* 8. *Cap.* 27. *Palumbes, gracculi, merulæ, perdices lauri folio annuum fastidium purgant: columbæ, turtures & gallinacei herba, quæ vocatur helxine.* Ubi Viri Eruditi facta transpositione scribunt, *Palumbes, gracculi, merulæ lauri folio annuum fastidium purgant: perdices, columbæ &c.* Sed ea de re alibi.

Cap. 47. ἐκ τούτων ᾗ &c.] Aristoteles *Lib.* 5. *Cap.* 19. *de Histor. Animal.* Οἱ δὲ κώνωπες ἐκ σκωλήκων, οἳ γίνονται ἐκ τοῦ περὶ τὸ ὄξος ἰλύος. Minus perite Plinius *Lib.* 11. *Cap.* 35. *Rursus alia genera culicum acescens natura gignit.* Id, quod natura & indole sua acescit, vocat *acescens natura*: Dalecampius perperam *materia* pro *natura* legit ibi.

Cap. 48. ἀλλ' ἀφ' ἑτέρᾳ δεχόμενον] Sed ab alio, qui facit, ut ira excandescat, bilem accipiat sibique succrescere sinat: Interpres male. Potes etiam simpliciter vertere, *sed per alium accipientem*, eo sensu, quo dixi. Erunt, qui ἀφ' ἑτέρου omissa persona ad rem transferent, & sic interpretabuntur *aliunde*: Quod appositissimum certe foret, si ita loquerentur Græci; Sed id hactenus non observatum mihi. Videndum. In his Philippi sunt nova quædam & apud Alios inprimis politiores non ita obvia: Hoc certum.

ἔχεσαν τὰ ὀπίσθια ὀρθά] ὀπίσθια hic sunt partes posteriores & novissimæ, quibus opponuntur anteriores & primæ: Notissimus est Versus Hesiodi, Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα: Ubi vox similiter accipitur. Et sic sententiam hic habemus novam de Columbarum

felle,

felle, & loco, ubi reperitur. Sunt, qui fel Columbis negent; sunt, qui fel Columbis tribuant, sed in intestino: Ita Aristoteles, Plinius, Alii. Hic in partibus extremis & caudæ proximis, Columbarum fel reperiri scribit. Scis, quid de Cervis quibusdam notant Aristoteles & Plinius; eos in cauda fel habere, non alibi: Simile hoc de Columbis. Sic locus est aptus, qui si de ἐντέροις hic cogitemus, ineptias alit longe ineptissimas. De cætero ipsum ὀπίσθια hic perquam Emphaticum est. Hominem, qui ab ipsa natura bilem non habet, sed eam postea accepit, Symbolum hoc designat: Nonne sentis statim, quam pulchre ipsum illud *postea* in τοῖς ὀπίσθιοις insit? non *ab ipsa nativitate*, sed *postea*: Hoc observandum, ut Philippum recte intelligas.

Cap. 49. ἢ ἀπὸ τ῀ γῆς] Articulus est ex Codice Augustano: Aldus ἀπὸ γῆς edidit; rotundius, ubi ἀπὸ θαλάσσης similiter præcedit.

δι᾽ ὃ τὸ ἀσφαλῶς μένειν] Ut ibi tutus sit a fascino, & degat absque metu: Vide Ælianum *Lib.* 1. *Cap.* 35. *de Animalib.* Et sic apparet, quam inepta sint, quæ Claudius Salmasius de his scribit in *Exercitat. ad Solinum pag.* 178. Plinius paulo durius inquit, lapidem ab aquilis *inædificari nido*, id est, in ædificando & construendo nido una cum aliis tignis adhiberi. Apage nugas nugacissimas, de quibus nos plura forte alias.

Cap. 50. ἡ καταδιωκόμενον &c] De amicitia, quæ inter equum & otidem intercedit, omnes uno ore: Vide Aristotelem in *Histor. Animal.* Athenæum *Lib.* 9. *Conviv.* Plutarchum in Libro de *Solert. Animal.* Ælianum *Lib.* 2. *Cap.* 28. *de Animal.* Oppianum *Lib.* 2. *Cynegct.* Alios. Et quid

quid igitur eſt, quod hic de eorum inimicitia legimus? An unus Horapollo ab omnibus Aliis diſſentit? Cras credam, non hodie. Locus haud dubie eſt corruptus, & omne illud diſſidium ab Amanuenſibus, cum prius amica eſſent omnia. Si καταδιωκόμενον mutes in κατοικειούμενον, & ἵπταται in ἐφίπταται, pro inimicitia iterum habebis amicitiam, & Horapollo dicet cum Philippo ſuo, quod omnes Alii dicunt. *Hominem debiliorem & in potentioris familiaritatem receptum volentes deſignare, otidem & equum pingunt. Ea enim ad equum advolat, ſimulac eum conſpexerit.* οἰκειοῦσθαι notiſſimum eſt de illis, quos tanquam amicos & familiares nobis adjungimus: Pro eo hic habes κατοικειοῦσθαι; quod paulo intricatius ſcriptum, Amanuenſes decepit, & hic omnia in odium convertit. Nam hinc ἵπταται; hinc bella inſcriptio illa. Quanquam ἵπταται, ubi verbum amicum præcedit, fortaſſe non eſt malum, ſi recte intelligatur; vel, quod nunc etiam mihi incidit, peropportune ſcribi poſſet, αὕτη γὰρ ἵπταται, ὅπου ἂν ἴδῃ ἵππον, *ea enim volat, ubicunque viderit equum.* Quid ais? Nonne hæc vero ſimillima ſunt & plana? Imo arrident mihi ſuſpiciones meæ.

ὠτίδα] Peſſime Hœſchelius otidem Latine *aſionem* dici notat: Nam in loco Plinii *Lib.* 10. *Cap.* 23. unde illud deſumſit, pro *Otis* haud dubie legendum eſt *Otus*. Nomina iſtarum avium plus ſemel confuſa ſunt: Videbimus forte alias.

Cap. 53. νυκτερίδα πάλιν] Hoc debetur Codici Auguſtano, & in ſuis Membranis etiam invenit Pierius Valerianus, ut conſtat ex *Lib.* 25. *Cap.* 12. *Hieroglyphic.* Geſnerus *Lib.* 3. *de Avib.* νυκτερίδα ſcripſerat ex ingenio: Nihil

hil apertius aut indubitatius. Sequens, ἔχεσαν ἐδόντας ἢ μασθὸς, tutius abesset: Nam sententiam onerat; quæ rotundissima est, si legamus, νυκτερίδα πάλιν ζωγραφῆσιν. αὕτη δὲ μόνη τῶν ἄλλων πτηνῶν, ἐδόντας ἢ μασθὸς ἔχει. Pueri vident. Et sic perbene Aldus: Quare ex Libris deterioribus illud invectum est in Librum Augustanum aliosque similes.

Cap. 54. τρυγόνα ζωγραφῆσιν ] Bochartus in *Hierozoic. Part.* 2. *pag.* 57. τρυγόνα *pastinacam* vertit ex Æliani Libro 17. *Cap.* 18. *de Animal.* Non improbo. Quanquam Phile in Jambis de turture etiam scribit, quod hic scribitur; idque omni dubio procul petiit ex ejusdem Æliani Libro 1. *Cap.* 39. *de Animal.* quod nunc ad pastinacam marinam refertur etiam vulgo. Sed cur ista bis scripsit Ælianus in Libris suis? Sane Philen hic sequi possumus, & de τρυγόνι pisce & τρυγόνι ave illa accipere separatim: Nam avem etiam ostendunt ista Libri Primi, οἱ δὲ ὑπαναχωρῆσιν ἡσυχῇ ἢ βάδην. ἔνθα δήπου ἢ ὁ δόλος τῆς δειλαίας πρόκειται, δίκλυα ἐκπεπεπτασμένα. An Auctor pastinacam horrendam omnibusque invisam vocasset δειλαίαν? Haud puto: Turturi convenit Epithetum, & Phileti mehercule favet. Adde, quod Ælianus, ubi de pastinaca loquitur, si ipsum ὑποκείμενον non inducat distinctionem, semper notam Characteristicam adjungit, qua avem a pisce distinguat: Vide *Lib.* 1. *Cap.* 56. *Lib.* 2. *Cap.* 36. *Lib.* 8. *Cap.* 26. *& Lib.* 17. *Cap.* 18. Ea autem *Lib.* 1. *Cap.* 39. est nulla: Quare de turture ibi egisse videtur certe. Attende, attende Lector.

Cap. 57. ῥήσσει ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν γῆν ] *Se ad terram allidit.* Elegans est ῥήσσειν eo sensu: Labbæi Glossæ, ῥήσσω, *allido.* Hesychius, ῥῆξε, διέῤῥηξε, κατέβαλεν. Alia omitto. Qui

ῥίπῃ & ῥίμματ@ legunt pro ῥήσῃ & ῥήγματ@, non sunt audiendi, & splendide nugantur: Nam ῥίμματ@ ne quidem est Græcum, quantum ego scio. Cave igitur mutes.

καὶ ὀπλῶ] Iisdem Criticis κοπλῶ placebat pro ὀπλῶ: quo jure, nunc vident omnes. Mallem, tacuissent boni.

ἅμα τῷ πτεροφυῆσαι] Ita Codex Augustanus: Aldus ἅμα τῇ πτεροφυήσῃ: Quod ego neutiquam aspernor. Nam a πτεροφυέω perbene fieri potest πτεροφυήσις.

καὶ παραγινόμν@ ἐκεῖ, ἅμα &c.] Hæc sana non sunt: Nam si ita legamus, non modo ambiguum est, de patre an filio sit sermo, sed omnes & singuli, qui verborum ductum sequantur, ea de filio accipere debent. Vide modo; deprehendes statim loci ineptias. Scribe igitur, ut verba dicant, quod debent, —— ἐν Αἰγύπτῳ, ὃς ἦ παραγινόμν@ ἐκεῖ, ἅμα τῇ ἡλίς ἀνατολῇ ἐκεῖσε τελδυτᾷ. Nihil apertius. Observes autem ἐκεῖ & ἐκεῖσε, quorum unum sufficere poterat, & quæ utraque adhibuit Philippus, ut styli Characterem proderet, qui minus sæpe elegans est: Nisi forte, quod nunc opportune mihi incidit, alia adhuc lectio sub ista vulgata deliteſcat, & scribendum sit plane, —— ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ παραγινόμν@ ἐκεῖν@, ἅμα τῇ ἡλίς ἀνατολῇ ἐκεῖσε τελδυτᾷ· καὶ μὴ ἢ &c. Tu judices Lector: Alterutrum haud dubie requiritur.

Cap. 59. ἔχιν ζωγραφῆσιν] Hic serpens fœmina dicitur ἔχις; quo nomine accuratiores designabant marem, ἔχιδναν appellantes fœminam: Tyrones sciunt. Et hanc differentiam, vellem, hic observasset etiam Philippus: Nam sic articulus αὕτη fuisset longe emaculatior, quia ἔχις per se masculum est. An forte ἔχιν ex ἐχιν pro ἔχιδναν, decurtatum

tatum est? Si ita sentire velis, per me licet. Talia in Libris Nostris, ὅσα κόνις: Exempla in his ipsis Annotatiunculis jam habuimus plura.

στόμα στόμαλι ἐμβαλοῦσα ] Inepta lectio & aperte falsa: Nam maritus os suum inserit in os fœmellæ, non contra fœmella os suum in os mariti. Res est notissima ex loco Plinii & aliis similibus. Legendum autumo, στόμα στόμαλι ἐπιβαλοῦσα, *os ori injiciens*, os ore complectens & corripiens. Sic habemus, quod quærimus. ἐπεάλλειν sæpe dicitur de illis, quæ immissa cingunt, & amplectendo tenent: Id autem est hujus loci, & plane statuminat conjecturam nostram. Scimus, βαλοῦσα & λαβοῦσα centies permutasse sedes, & nihil frequentius esse isto Amanuensium errore: Quare suspicari etiam posses, pro ἐπιβαλοῦσα ipsum Philippum scripsisse primo ἐπιλαβοῦσα, quod rem aperte & Graphice exprimeret: Sed ut ut probabile est illud, alterum ἐπιβαλοῦσα non respuo. Istud addendum: Aldus pro participio habet indicandi modum, ἐμβάλλει pro ἐμβαλοῦσα: Rectius haud dubie & syncerius. Nam sic verba sunt apta magis, ut vides statim, si attendas.

καὶ μὴ τὸ ὀπιζθονχθῆναι ] Hæc etiam falsa lectio est, & ab Amanuensibus, quibus fallere solenne est, absque ullo dubio profecta. Quid? An fœmella maris caput demordet, cum a coitu discesserint, & μετὰ τὸ ὀπιζθονχθῆναι? Nihil falsius aut ineptius: Nam tunc caput jam exemtum est ore. Res ipsa loquitur. An legendum, μετὰ ζ ὀπιζευχθῆναι, *eodem momento, quo sejunguntur*, & a coitu discedunt? Hoc satis aptum & bonum: Fallor tamen, aut Philippus scripsit, κατὰ τὸ ὀπιζευχθῆναι. Nam ita lo-

quuntur Græci eo ſenſu, nihilque obvium magis, quam utriuſque voculæ confuſio : Eruditi ſciunt. Tu tamen eligas, Lector. Ælianus *Lib.* 1. *Cap.* 24. *de Animal.* id factum ſcribit, ὅταν πρὸς τῷ τέλει τὰ ἀφροδισίων ὦσι: quod pulchre hoc noſtrum explicat.

Cap. 60. ἔχιδναν ] Vox ſuſpecta & fidei non ſatis certæ: Nam ſic τέκνα non habemus, ſed matrem, nihilque adeſt, quo ætas denotetur, cujus tamen ratio habenda hic inprimis. Si liceret, ſcriberem lubens, ἐχίδνιον ζωγραφῆσιν. Catulus viperæ, ut notum, ἐχεῖδιον & ἐχίδνιον dicitur. Nihil facilius & pronius hoc errore : Qui ubi ſemel irrepſit, generis mutatio ſecuta eſt ſtatim, & pro τῆτο, ἄυτη, pro ἐκβιβρώσκον, ἐκβιβρώσκουσα ſcriptum fuit. Hoc ſentit quiſque, & millies ita factum in Libris. Sed arbitrentur Eruditi. Præcedens certe Symbolum probabilem etiam efficit ſuſpicionem meam: Nam ubi ἔχις vel ἔχιδνα ſimpliciter præceſſit, non nude ἔχιδναν, ſed veſtite ἔχιδναν πάλιν dediſſet Autor, ſi vocem illam hic adhibuiſſet. Nota eſt ejus ſcribendi Methodus.

ἐν τῇ —— ] Locus mutilus, cujus ſententia eſt perſpicua: Viri Eruditi eo debuiſſent eſſe contenti.

Cap. 61. βασιλίσκον ζωγραφῆσιν ] Hoc caute accipiendum: Apponunt homini accuſato Baſiliſcum. Unus Baſiliſcus quod hic dicitur, denotare non poterat : Hoc certum. βασιλίσκον προσεπιγράφουσι fuiſſet aptius : προσπεριποιοῦσι τὴν βασιλικὴν σολὴν habuimus *Lib.* 1. *Cap.* 40.

Cap. 62. ὑπὸ πυρὸς καιόμενον ] Hoc ego non intelligo: Nam ſi Salamandra non comburatur igne, male profecto hominem igne combuſtum deſignes Salamandra. Nihil apertius, nec Cauſſini ineptias moror. Vitium haud dubie

bie ſubeſt, & locus male habet. An ſcribendum, Ανθρωπον ὑπ' ἔρωτος καιόμενον? Hoc conveniret certe: Nam amantem nos etiam hodie ſolemus Salamandræ aſſimilare propter ipſum ignem amoris, in quo vivit. Scriptura implicita iterum vitio potuit originem dare: Niſi locus ſit mutilus & vox una exciderit, ut legendum ſit ea reducta, Ανθρωπον ὑπὸ πυρὸς ἔρωτος καιόμενον. Eruditi videant: Hoc auxilium a me exſpectent, non aliud. Sed revoco dictum, & tertium addam: Scribendum forte, quod nunc ſubito mihi in mentem venit, Ανθρωπον ὑπὸ κρύος καιόμενον. Non tantum ignis, ſed etiam frigus dicitur καίειν: Eruditi ſciunt, & Scribæ id ignorantes corruperunt locum. Sic enim Salamandra Symbolum erat aptum; quia huic rigor perpetuus & ſummus. Sentiſne? Hoc poſtremum & facillimum & veriſſimum puto.

αὕτη γὰρ ἑκατέρᾳ τῇ κεφαλῇ ἀναιρεῖ] Hæc præcedentibus juncta nemo intelligit, aut intelligere poteſt. Phaſianinus nugatur ſtrenue: Quis unquam ſcripſit, Salamandram flammis conficere omnes, quotquot attigerit? Quis ἑκατέρᾳ τῇ κεφαλῇ ita accipiendum putet, ut ab eo accipitur? Ego ad talia nauſeo. Cauſſinus aliter, ſed inepte etiam & pueriliter. Dicam, quod ſuſpicor: Symbolum hoc ἐξήγησιν caret, & eam amiſit temporis injuria: Adfuit enim abſque ullo dubio, cum Libri erant integri, & nondum acceperant plagas. Hoc primum. Dein aliud Symbolum adſcriptum fuiſſe puto ordine ſuo, cui hæc ipſa ἐξήγησις, αὕτη γὰρ ἑκατέρᾳ τῇ κεφαλῇ ἀναιρεῖ, conveniebat rectèque ſubjuncta erat: De animali ſcilicet bicipite ex reptilium genere agebat Symbolum, quod intercidit & ſui ἐξήγησιν nobis reliquit ſolam. Videſne? Sic Symbolo alieno ad-

ſcripta eſt ἐξήγησις aliena, & boni Amanuenſes, ne lacera & truncata ad poſteritatem tranſmitterent, utraque iſta copularunt arcte: Homines lepidi, mehercule, & feſtivi, quibus talia concedimus libenter, ut ſic ſibi delicias faciant ipſi, non nobis, aut elegantiorum cuiquam. Quare moneo, ut nunc ſeparentur denuo, quæ hactenus cohæſerunt male.

Cap. 64. ὁ περίεργος αὐλῶν ὑς] Hoc aperte ſtatuminat præcedens ἀπρόϊτον, & Phaſianinum cum ſuis ineptiis plorare jubet: Opportune Suidas, Απρόϊτος. ὁ τῆς οἰκίας μὴ ἐξερχόμενος.

Cap 65. διὰ τῆς ἰδίας ἐξωλείας βλαπτόμενον] Perbene Mercerus, *qui proprio & a ſe illato damno lædatur.* Nam ἐξώλεια abſque dubio hic *damnum* eſt ῥητικῶς; quod certe notandum. Phaſianinus vocem non intelligens, pro ἐξωλείας confinxit ſibi ἐξορίας: Quo nihil revera ineptius. Nam quid *relegatio* hic? Imo relegentur, & quidem ad ipſos Garamantas, tales inficetiæ.

Cap. 66. φονεύῃ] Non invenuſte Oppianus *Lib.* 2. *Vers.* 608. *Cyneget.* de hac ipſa re,

> Κῆνοι γὰρ φίλα τέκνα δυσειδέα δοιὰ τεκόντες,
> Οὐκ ἀμφοῖν ἀτάλαντον ἐὴν μερίσαντο ποθῆλυν·
> Ἀλλὰ τὸ μὲν φιλέῃσι, τὸ δ' ἐχθαίρῃσι πόθοισιν,
> Αὐταῖς δ' ἀγκαλίδεσσιν ἑῶν ἔκτεινε τοκήων.

Ubi legendum puto, ἑῶν τέθνηκε τοκήων: Nam ἔκτεινε pro ἐκτάνθη ibi non placet mihi. Inepte Rittershuſius, *In ipſiſque ulnis ſuarum interficit matrum.* Id enim arena eſt ſine calce. Tu vertas, *ipſis vero ulnis interit ſuorum parentum*, quibus ſcilicet ſtrangulatur catulus nimium dilectus:

Pli-

Plinius *Lib.* 8. *Cap.* 54. id vocat *complectendo necare.*

Cap. 67. πίθηκον ὀρῶντα] Pierius Valerianus *Lib.* 14. *Cap.* 42. *Hieroglyphic.* pro πίθηκον ex M. S. suo αἴλουρον legit hoc loco: Quod certe facillimum est, & nemo aspernabitur, qui felem mejentem vidit aliquando: Nihil notius. De Simia id mihi non ita constat: Videndum.

Cap. 68. αὕτη γὰρ ἀναπνεῖ διὰ τῶν ῥωθώνων καὶ &c.] Hæc ἐξήγησις facit, ut superius ἀκούοντα longe ineptissimum sit: Quid enim? An quia per nares & aures respirat capra, auditu est acerrima? Hoc ego non capio, & nemo capiet, credo. Quod Ælianus scribit *Lib.* 1. *Cap.* 53. *de Animal.* Ἔχει τι πλεονέκτημα ἡ αἴξ, τὴν τοῦ πνεύματος εἰσροὴν, ὡς οἱ νομευτικοὶ λόγοι καὶ ποιμενικοί φασιν· ἀναπνεῖ γὰρ καὶ διὰ τῶν ὤτων, καὶ διὰ τῶν μυκτήρων, καὶ αἰσθητικώτατον τῶν διχηλῶν ἐστι, aptum est & quisque intelligit; hoc contra ineptum & sensu idoneo destitutum plane. Amanuenses absque dubio hic iterum dederunt, quod Philippus non dederat: Scribendum arbitror, Τινὰ δὲ κατὰ τὸ μᾶλλον ἀναπνέοντα θέλοντες σημῆναι, αἶγα &c. Sic nihil manifestius & conveniens magis: Ælianus similiter plane in verbis adscriptis, ἔχει τι πλεονέκτημα ἡ αἴξ, τὴν τοῦ πνεύματος εἰσροὴν: Hoc vident omnes. Ex scriptura compendiaria iterum error. Lepus auditus acerrimi erat Symbolum; respirationis largioris Capra: Sic Doctrina Hieroglyphica sibi constat, & per picturas loquitur apte. Visne aliud? Quanquam αἰσθητικώτατον apud Ælianum non peccat, quia per se subsistit & longe diversissima non nectit perperam, fors rectius tamen pro eo legeretur ibi ἀσθματικώτατον: Nam sic vox exprimit Capræ πλεονέκτημα, & ἆσθμα illud largius. Videbimus alias accuratius. Cæterum ab eo, quod hic de Capris domesticis scri-

ſcribitur, longe diverſiſſimum eſt, quod Oppianus de ſylveſtribus ſcribit *Lib.* 2. *V.* 338. *Cynegetic.* Nam ibi per ſola cornua ſpirare dicuntur illæ: Adſcribamus locum, ut eum data nunc occaſione enodemus tibi. Ita habet.

Αιγάγροις δέ τις ἐστὶ δι' αὐτῶν αὐλὸς ὀδόντων
Λεπταλέης πνοιῆς κεράων μέσον· ἔνθεν ἔπειτα
Αυτὴν εἰς κραδίην ἢ πνεύμονας εὐθὺς ἱκάνῃ.

Joſephus Scaliger ad Varronem de *Re Ruſtica* per κεράων μέσον intelligit cornuum interſtitium, a quo ad ipſum palatum pertinuerit fiſtula illa reſpirationis exiguæ: Et hunc Rittershuſius Aliique Viri Eruditi ſequuntur. Vix dicam, quam ridicule & inepte: Nam eo admiſſo, multum ego ſcire aveo, quo modo ſuffocari potuerit Capra ſylveſtris, cornibus cera obductis, ut mox aperte indicant iſta,

Εἰ δέ τις αἰγάγρῳ κηρὸν κέρασιν ἐνείχευσε,
Ζωῆς ἐξέκλεισεν ὁδὸς, πνοιῆς τε διαύλους.

Intercluditur ſpiritus cera cornibus circumfuſa, & omnis reſpirationis meatus ſic obſtruitur ſtatim: Hoc quo modo verum eſſe poteſt, ſi fiſtula a palato ad cornuum interſtitium pertinuerit tantum, & non proceſſerit ad ipſa cornua & cornuum cava? Id ego non video, nec quiſquam videbit unquam: Nam cornuum meatus obſtructi nihil ad palatum, nihil ad frontem mediam & cornuum interſtitium. Hoc quisque ſentit, hoc plus quam ridiculum efficit commentum illud. Aliud haud dubie requiritur. An κεράων μέσον *cornuum meditullium* eſt, *ipſorum cornuum pars intima*, quæ cava ſpiritum adducere & educere poterat; & pars *hujus*

*me-*

*medii* erat fiſtula illa ad dentes procurrens ab ipſis cornibus? Ita certe ſententia eſt bona & Oppianus non ineptit: Sed quid tibi videtur de verbis? An illa ſunt ſatis apta, & tota fiſtula ad ipſos dentes uſque *pars media cornuum* recte dicitur? Haud puto, & revera id inconditum eſt. Quid igitur? Locum leviter corruptum cenſeo, & plane ſcribendum ſuſpicor,

Αἰγάγροις δέ τις ἐσί δι' αὐτῶν αὐλὸς ὀδόντων
Λεπταλέης πνοιῆς, κεράων μέρος.

Fiſtula illa eſt pars cornuum & cornuum quaſi radix, quæ ab ipſis cornibus ad dentes pertinet, & inde ad cor & pulmones ſeſe extendit porro: Sic nihil facilius, nihil perſpicuum magis, omneſque intelligunt ſtatim, cur cornibus cera obductis ſuffocentur Capræ. Sed hoc in tranſitu in gratiam Poëtæ, quem diligo.

Cap. 69. ὕαιναν ζωγραφοῦσιν ] Samuel Bochartus in *Hierozoic. Part.* 2. *pag.* 397. Geſnerum ſecutus in hoc loco Horapollinis & altero Æliani, addita voce legendum eſſe putat ὕαιναν ὄφιν: Adi ipſum Virum Eruditum. Mihi, ut brevis ſim, id omne videtur ſomnium Geſneri: Nam ubi extabant Codices illi tum Horapollinis, tum Æliani, qui ὄφιν exhibebant? Dein, ubi ὕαινα ſerpens commemoratur Græcis? ὕαινα illis duplex, animal quadrupes & piſcis: de tertio genere nihil ſcriptum aut pictum recordor mihi. Adhæc, quis de ſerpente mare & fœmina meminit apud Græcos? Ne unus credo. Quid autem in his auctoritatis habet Baal Aruch? Iſne Græcis pro Magiſtello obtrudendus erit? Ineptiæ, ineptiæ. Contra omnes Græci & Latini de quadrupede fœmina & mare memi-

nerunt paſſim : Quare etiamſi Libri eſſent, qui ὄφιν præferrent diſerte, aliique Autores de ſerpente ſexum mutante loquerentur etiam diſerte, hanc certe lectionem, quæ Librorum auctoritate nititur, ea de cauſa non abjicerem ego. Et ſic Virum Eruditum miror ſcripturæ publicæ adeo adverſum. Sed ſcio, quid accidit ei : Nova & hactenus inaudita oculos ejus effaſcinarunt; & ut Magiſtrum Hebræum obſtringeret ſibi, Græcis inſciis & ignaris teſtimonium denunciavit pro arbitrio ſuo. Ita fieri ſolet, ut Lepidiores ſciunt.

αὕτη γὰρ ὅτε μὲν ἄῤῥην &c.] Hoc non injuria negat Ariſtoteles *Lib.* 6. *Cap.* 32. *de Hiſtor. Animal.* loco egregio, ſed miſere depravato, quem hic in tranſitu corrigam. Ita conſtituendus eſt : περὶ δὲ τῶν αἰδοίων ὃ λέγεται, ὡς ἔχει ἄῤῥενος καὶ θηλείας, ψευδός ἐστιν. ἀλλ' ἔχει ὁ μὲν τὸ τοῦ ἄῤῥενος, ὅμοιον τῷ τῶν λύκων, καὶ τῶν κυνῶν· τὸ δὲ δοκοῦν θηλείας εἶναι, ὑποκάτω μέν ἐστι τῆς κέρκου, παραπλήσιον δ' ἐστὶ τῷ σχήματι τοῦ θήλεος· οὐκ ἔχει μέν τοι οὐδένα πόρον· ὑποκάτω δ' ἐστὶν αὐτοῦ ὁ τῆς περιττώσεως πόρος. ἡ δὲ θήλεια ὕαινα ἔχει μέν τι ὅμοιον τῷ τοῦ ἄῤῥενος λεγομένῳ αἰδοίῳ· ἔχει δ' ὥσπερ ὁ ἄῤῥην αὐτὸ ὑποκάτω τῆς κέρκου, πόρον δὲ οὐδένα ἔχει. μετὰ δὲ τοῦτο ὁ τῆς περιττώσεως ἐστὶ πόρος· ὑποκάτω δὲ τούτου, τὸ ἀληθινὸν αἰδοῖον. Mas & fæmina contraria habent & plane oppoſita : Sic nihil facilius & evidentius.

Cap. 70. ὁμοῦ τεθῇ] Rectum eſt τεθῇ, ex quo factum Aldi τιθῇ, cui ego neſcio, cur τιθῆται & τεθῆται adſcripſerit Hœſchelius in ora Editionis ſuæ : Sed ita Critici ſæpe, ut ingeniolo morem gerant.

Cap. 72. ἐὰν γάρ τις τὸ δέρμα τοῦτο &c.] De Hyæna multi multa, quæ paſſim obvia ſunt. Unum præterire non poſſum, ut Oppiano iterum adſim : Pars narium Hyænæ, pedi-

dibus applicita, canes & eorum latratum cohibet: Ita ille *Lib.* 3. *Cyneget. V.* 273. ubi Hyænam describit:

Ἣ δέ τε κυρτὸν μεσάτην ῥάχιν, ἀμφὶ δὲ πάντη
Λαχνήεσσα κυρεῖ, καὶ δ' ἔγραπται δέμας αἰνὸν
Κυανέης ἐκάτερθεν ἀπήτριμα ταινίῃσι·
Σμεινὴ τ' ἐκλάδιός τε πέλει καὶ νῶτα καὶ ἠρὴν,
Ρινός τ' ἀμφότερ' οἷσιν ἀπηλεέσσιν ὀδοῦσι
Ριγεδανὸν· τὸ μὲν τε διαλμήξας ἅμα ποσσὶν
Εἰ φορέοις, φορέοις σκυλάκων μέγα δεῖμα κραναιῶν,
Καί σε κύνες κείνοισιν ἐπεμβεβάῶτα πεδίλοις
Ανλίον ἐκ ὑλάουσι, πάρος γε μὲν ὑλακόωνλες.

ῥινὸς ἀμφότερα, *nasi utraque*, id est, utramque partem, dextram & sinistram; οἷσιν ὀδοῦσι, *dentibus suis*; ἀπηλεέσσιν ῥιγεδανὸν, *includunt terribiliter*. Ita legenda & intelligenda sunt ista: Nunc pessime legitur vulgo, Ρινόν τ' ἀμφοτέροισιν ἀπηλεέσσιν ὀδοῦσι Ριγεδανόν. Nam ῥινὸς pellis est, & non magis ad nasum, quam ad caudam pertinet. De voce ἀπήτριμα nos plura forte alibi: Non sunt ista hujus loci.

Cap. 73. Ανθρωπον διανθέντα ὑπὸ τῶν ἰδίων &c.] Quid διανθέντα hic? An *deceptum*, ut Mercerus scribit ex ista Hesychii Glossula, Διανθεῖ· διαιτᾶται, ἐξαπατᾷ, ποικίλλει? Haud puto: Nam primo, cum mica salis accipienda est Grammatici expositio, quæ omnes fraudes non designat in genere, sed eas εἰδικῶς, quæ humectando fiunt. Dein ipsa decipiendi notio non conveniens est huic loco: Nam de vi aperta haud dubie loquitur Symbolum, ut μέλλων ὀκρύεσθαι & alia probant. Mihi suspecta vox est, ut diu ante fuit Conrado Gesnero, qui in Libro de *Quadrupedi-*

*bus* legit, Ανθρωπον διαδεξίνλα ὑπὸ τ ἰδίων ἐχθρῶν, id est, ut ipse vertit, *Eum, qui hostes suos evaserit.* Sed ita non loquuntur Græci, quantum ego scio; & si ita loquerentur, id cohærentia loci non probaret: Quare ea conditione non utar. Aliud latet, quod uno verbo tibi aperiam: Scribendum est, Ανθρωπον διωχθένλα ὑπὸ τ ἰδίων ἐχθρῶν. Sic nihil facilius aut apertius: Mutatio autem, ut vides, est leviſſima.

μέλλων θηρεύεσθ] Inepte Mercerus, *a venatoribus indagandus*: Tu vertas *capiendus*; cum venatores instant, & metus est, ne capiatur. Junge, quæ supra habuimus de Castore.

τὰς τρίχας καὶ τὸ ἄκρον τ οὐρᾶς] Hæc arcte copulanda sunt: Nam pili etiam ad caudam & caudæ extremum pertinent. Moneo, ne minus periti errent.

Cap. 75. Ανθρωπον ὑπὸ πυρὸς σωφρονισθέντα &c.] Ineptit Interpres: Vertas, *Hominem igne flammisque inhibitum, & quidem in media iracundia.* Qui ira excandescunt, subito flammis conspectis, cohibentur perculsi, & eo avocantur ab ipsa ira, dum metuunt sibi. Hoc voluit Philippus; Eo respicit Symbolum. Leo signum est excandescentiæ: Hic retinetur in ipsa excandescentiæ ἀκμῇ visis facibus. Nihil apertius aut appositum magis. Unum illud adjiciendum: ἐπὶ θυμῷ hic est *in iracundia*, & dandi casum habet pro casu gignendi: Quo modo Græci aliquando. Hoc tamen decepit Interpretem Nostrum, qui si ἐπὶ θυμῷ scriptum fuisset, fortasse ad verum collimasset. Inquies; scribamus igitur in posterum ita: Per me licet. Leviſſima enim est mutatio.

Cap. 77. ὑπὸ ἐξωλείας] ἐξώλεια hic *luxuria*, *intemperantia*,

*tia*, *nequitia* eſt: Labbæi Gloſſæ ad rem opportune, Ἐξώλεια. *luxoria*. ἄνθρωπον ἐξώλη ſimili ſenſu habuimus. Supra *Cap*. 37. hujus Libri. Interpres male hoc loco. Quid autem Phaſianinus? Ille cum relegatione ſua hic iterum adeſt nobis. Rideas, rideas Lector.

ταῦρον ζωγραφοῦσιν περιδεδεμένον ἀγριοσυκέᾳ] Junge Plinium *Lib*. 23. *Cap*. 7. *Hiſtor. Natur.*

ὅταν ὀργᾷ] *Cum præ libidine ferociat*. Notiſſimum eſt ὀργᾷν in Veneris Schola: Et hoc pulchre convenit cum ἐξωλείᾳ rite intellecta. Maxima autem tunc eſt tauri ferocia: Quare appoſite in exemplum adfertur hic.

Cap. 78. καρποδέσμιον παρακολουθοῦντα εὑρήσεις] Interpres; *juncturam pedis conſequi deprehendes*. Non poterat ineptius: Nam primo, quid eſt *juncturam pedis conſequi*? Nonne καρπὸς eſt *junctura pedis*? nonne eam *conſequuntur* omnes animantes? De eo certe dubitabit nemo. Jam autem καρποδέσμιον habemus hic, non καρπὸν: Quod cur neglectum & male habitum? Adhæc, quid παρακολουθεῖν cum caſu quarto? An ita loquuntur Græci? Ut dixi, nihil hiſce ineptius, nec quicquam in illis boni. Locum explicabo, in quo præter Mercerum miſere etiam cæcutiit Cauſſinus. καρποδέσμιον vinculum eſt & funis, quo taurus ligatur in dextro genu: καρπὸς hominibus tribuitur vulgo; hic tauri habemus καρπὸν ex translatione: γόνυ ſcilicet & καρπὸς Synonyma ſunt hoc loco, & rem eandem deſignant. Hactenus nihil planius. Sed quid καρποδέσμιον παρακολουθοῦντα? Scribendum opinor, τοῦτον γὰρ ἐὰν δήσῃς τῷ δεξιῷ γόνυϊ, καρποδέσμιῳ παρακολουθοῦντα εὑρήσεις. *hunc enim ſi ligaveris in dextro genu, fune ſequentem habebis*. Pro ἐν τῷ δεξιῷ γόνυϊ ſcriptum Ellyptice τῷ δεξιῷ γόνυϊ. καρποδέσμιῳ cauſam ſequelæ indicat:

cat: Funis ſcilicet inſtrumentum eſt, quod facit, ut ſequatur taurus. Per funem igitur, & interventu funis, quo dextrum genu conſtrictum eſt, taurum habebis tibi morigerum, & ducere poteris, quocunque velis. Caſus tertius a verbo ſeparandus eſt: Nam inepte taurus diceretur ſequi funem, ubi homo adeſt, qui funem tenet taurumque ducit: Hoc omnes ſentiunt ſtatim. Et ſic aptum eſt Symbolum, & apta etiam eſt Symboli ἐξήγησις. σωφροσύνη ſcilicet eſt εὐμετάβλητος καὶ μὴ σταθηρὰ, quæ vinculo indiget, & ab uno funiculo pendet: Nihil accommodatius aut apertius. Cæterum quod hic dicitur, omnes intelligimus: Sed quid tibi videtur de eo, quod Ælianus ſcribit *Lib.* 4. *Cap.* 48. *de Animalib.* Ὑπὸ θυμοῦ τεθηγμένον ταῦρον καὶ ὑβρίζοντα εἰς κέρας, καὶ σὺν ὁρμῇ καὶ ἀκατασχέτως φερόμενον, οὐχ ὁ βουκόλος ἐπέχει, οὐ φόβος ἀναστέλλει, οὐκ ἄλλο τοιοῦτον· ἄνθρωπος δὲ ἵστησιν αὐτὸν, καί πως λύει τῆς ὁρμῆς, τὸ δεξιὸν αὐτοῦ γόνυ διασφίγξας ταινίᾳ, καὶ ἐντυχὼν αὐτῷ? Nonne ineptum id & plane ridiculum? Haud dubie. Nam quid faſcia hominis genu alligata, ad ferociam animalis impetuoſiſſimi cohibendam? Eamne videt ſtatim? Eane in memoriam revocat ei, quid vinculum poſſit in genu ſuo? Nugæ, nugæ. Debuiſſet Autor illud commemorans, Magos in auxilium advocaſſe ſibi.

Cap. 79. φθορόοικον] *Perditorem domeſticum.* Vocem invertit Philippus: οἰκοφθόρον Alii dicunt.

Cap. 80. οὗτος γὰρ ——] Locus mutilus: Quæ Phaſianinus habet, iterum ex cerebello ſuo haud dubie promſit, non ex Libro Antiquo. Notiſſimum eſt factum illud Trochili, & certo certius commemoratum hic: Sed quid iſtud ad denotandum hominem veſcentem? Id ego non capio.

capio. Nam alia millena ſuppetunt, quibus veſcens apertius & convenientius adumbrari poteſt. Dein Crocodilus, qui os aperit, non veſcitur, ſed Trochilus, quem os aperiens exſpectat. Non dubito, quin mendo etiam inquinatus ſit locus: Scribe & ſcribe meo periculo, Ἄνθρωπον τρυφῶντα βελόμενοι σημῆναι &c. Sic nihil ſignatius. Crocodilus, qui cibo repletus os aperit, & corpore ſupino Trochilum exſpectat, ut ex dentium purgatione voluptatem ſibi percipiat, venuſte Symbolum eſt hominis luxurioſi & delicate viventis: Hoc ſentiunt omnes, & lectionem illam commendat certo. Notes autem hic Crocodilum ſolum aperto ore: Nam id deſiderium exprimit, quo mox adventurum Trochilum ſibi ſperat. Et ſic τρυφῶν & delicati indoles depingitur etiam belle.

Cap. 81. Ἁρπαγα ἄνθρωπον ἢ ἀνενέχγητον &c.] *Hominem rapacem, cui rapiendi facultas eſt ademta.* Crocodilus rapax eſt: Hunc ſi tetigeris Ibidis ala, torpebit & ut cautes Marpeſſia ſtabit. Ita accipiendum eſt Symbolum. Quare ejecta copula rectius legeretur, Ἁρπαγα ἄνθρωπον ἀνενέχγητον βουλόμενοι &c. Attende, videbis ſtatim. Mercerus ineptit.

Cap. 87. ἐκείνη γὰρ ὁρῶσα τὴν ἔχιδναν, φεύγει] ἐκείνην γὰρ ὁρῶσα ἡ ἔχιδνα, φεύγει, quod Hœſchelius mallet, non mallem ego, quia longe ineptiſſimum eſt. Facile a cervis interficiuntur ſerpentes, ut Ælianus & Alii ſcribunt: Fac igitur, ſerpentem conſpecto cervo ſtatim fugam ſibi capeſſere; idne ἀσκέπλως & ἀνοήτως, an εὐβούλως & εὐνοήτως facit? Et reſpondebis, credo, poſterius extra omnem dubitationis aleam poſitum eſſe: Nihil apertius, ut mirer Virum Eruditum ita potuiſſe labi. Tu nihil igitur mutes, & vulgatam tibi retineas: Quia cervi ſerpentes quærunt, eoſque

que non difficulter victos manducant, cervorum fuga pro fuga inconsiderata & stulta habetur: Hoc omnes sentiunt. Inquies, qui fieri potest, ut cervus serpentes capiat, & quidem in ipso latibulorum aditu, ut Ælianus aliique Autores narrant, si viso serpente aufugiat statim? Sed prima illa fuga non prohibet hercule, quominus cervus mox animum resumens, serpentem aggrediatur & capiat: Nam in vita communi talia quotidie fiunt, ut nemo nescit. Quare de captura in locis apertis & planis dubium certe est nullum. Quod de serpentibus in ipsis lustrorum faucibus captis & manducatis scribitur, paulo difficilius est: Nam sic locus non relinquitur fugæ. Sed dicam, quod omnem scrupulum eximet, & Nostrum cum Aliis in concordiam rediget plane: Notissimum est illud Plinii de cervis, *Non vident terras, sed in odorem earum natant*: Simile quid observandum, ubi de lustrorum faucibus agitur. Attractos enim serpentes capiunt & manducant, non visu, sed odoratu perceptos; & quos non vident, sed odorantur, capiunt statim, cum certo certius aufugissent & timentes quasi retrocessissent, si eos vidissent primum: Sic verum est, quod Noster scribit, ὁρῶσα τὴν ἔχιδναν φεύγει, & omnia sunt in his amicissima. Animal simplex & quavis specie stupefactum, primum conspecto serpente fugit; dein statim ad prædam accurrit resumto animo: Si serpentem vero non conspexerit, sed odoratus fuerit tantum, omissa fuga eum comprehendit & manducat protinus. Sic facit animal, quod naturæ suæ conveniens est: Videsne?

Cap. 88. τῆς ἰδίας τροφῆς] Inepta lectio: Nam quid dicit Symbolum ea admissa? Quid in signo, quod ad rem signa-

ſignatam appropinquet? Hoc ego non video, & nemo videbit unquam. Apage, apage igitur Amanuenſium ineptias longe ineptiſſimas: Veriſſimum eſt τῆς ἰδίας ταφῆς, quod Mercerus in utraque Editione ſua expreſſit & Latine etiam reddidit. Quia Elephanti dentes ſuos adeo ſolicite ſepeliunt, ex eo apparet, quam ſoliciti ſint de ipſa ſepultura ſua, & quid poſt mortem de cadavere fieri velint: Hoc Horapollo, hoc Philippus voluit. Junge Ælianum *Lib. 5. Cap. 49. de Animalib.*

ἐκεῖνος γὰρ ὅταν ἴδῃ] Duplex hic ſcriptura in Libris, ut in *Variis Lectionibus* jam annotavimus: Hœſchelius in Editione ſua utramque ita copulavit, ἐκεῖνος δὲ ὅταν ἴδῃ τὰς ἰδίας ὀδόντας πίπτοντας, καταδράττεται τούτων, ἢ τούτους δὲ πεσόντας, λαβὼν κατορύττει: Peſſime & nullo judicio. Nos Lectionem Auguſtanam expreſſimus, quæ bona quidem eſt, ſed Aldinæ tamen cedit: Vident, qui oculos habent iisque uti poſſunt.

Cap. 90. ἢ ἰδίαν ὀσμὴν ἀφιέναι] Abſque ullo dubio legendum eſt ὀσμὴν, quod ſententia aperte deſiderat ſibi: Anhelitum autem inhibet Panthera, & ſic ipſam inhibet ὀσμὴν: Ita intelligendum hoc. Paulo ſecretior eſt locutio, & pro ἢ ἰδίαν ὀσμὴν apertius hic ſcripſiſſet Philippus ἢ ἰδίαν πνοὴν: Sed an ita forte exaratum olim in Libris? Alii ſumant, quod velint; mihi ſcriptura vulgata placet rite intellecta. Cæterum quod hic dicitur, referendum eſt ad factum illud Pantheræ, quod nobis refert Ælianus *Lib. 5. Cap. 54. de Animalib.* Nam alias odoris ſuavitate ex animalibus prædam ſibi comparat, ut notum eſt: Quare hæc rite diſtinguenda ſunt, ne ab omnibus Aliis videatur diſſentire Noſter.

καταδιωκτικὴν οὖσαν τῶν ἄλλων ζώων ] *Quæ persequitur & ad se trahit alia animantia.* Non illepidum est καταδιωκτικὴν eo sensu, ut sciunt, qui Linguam callent. Nunc elegantissimum est Symbolum ad hominem denotandum, qui nullum ne minimum mali animi indicium prodit: Nam ipsa odoris suavitas, quæ animalibus exitium parat, inhibetur hic inhibita respiratione. Attende; nihil signatius. Et sic ὀσμὴν certe convenientius est, quam πνοιὴν: Id vides jam.

Cap. 91. ὡς κατακηλεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ] Recte: Sic etiam Aristoteles, apud quem Salmasius ad *Solinum pag.* 155. male rescribit κατακλίνονται, quia ita legitur apud Antigonum: Nam si quid mutandum sit, ego ex hoc Nostro & Aristotele potius Antigonum corrigam. Sed hæc alias. Quod de tibia hic legimus, sine dubio etiam displicuisset Salmasio, qui cervum captum putat solis sibilis, & Plinium ridet cum *pastorali* sua *fistula*: Et illud tunc examinabimus simul. Tu junge interim Ælianum *Lib.* 12. *Cap.* 46. *de Animalib.* ut Virum nasutum, ubi tempus erit, exsibiles digne.

Cap. 93. πῶς ἄνθρωπον ὑπὸ &c. ] Mutila Inscriptio: Nam ex contextu addendum fuerat, καὶ ἑαυτὸν θεραπεύοντα.

ἀδίαντον ἀποτιθέμενος εἰς τὸ ἑαυτοῦ στόμα ] Illud ἀποτιθέμενος εἰς τὸ ἑαυτοῦ στομα de Upupa & aliis aviculis inepte dicitur: Nam ipsum os illis pro manu est, eoque gestant & deponunt omnia. Pueri sciunt. Dein ἀποτιθέμενος de eo, quod ori immittitur, vix etiam adhiberi potest. Non dubito, quin leve mendum itrepserit in hunc locum, & ipse Philippus exaraverit manu sua, ἀδίαντον ἀποτιθέμενος εἰς τὸ ἑαυτοῦ πόμα. *In potionem suam.* Sic nihil facilius aut accommodatius.

περιοδεύεται ] Medici περιοδευταὶ sunt notissimi in hac literarum luce: Hic περιοδεύεται pro θεραπεύεται usurpatur absolute. Vide Salmasium ad *Solinum pag.* 740. Paulo ante etiam περιοδεύοντα pro θεραπεύοντα malim ego ex aliis Libris, ut sic conveniant illa: Interpres ad vocis significationem naturalem nimis anxie adhæsit.

Cap. 97. ἀεὶ ἐν κινήσει καὶ θυμῷ ] Recte Interpres, *in continuo motu & animi intentione*. Locutionem nota.

κορώνης νεοσσοὺς ζωγραφοῦσιν ] Hoc leviter corruptum est: Scribe, κορώνην νεοσσοῖς ζωγραφοῦσιν, *cornicem cum pullis pingunt*. Præpositio abest: Id Amanuenses vel misellos Grammaticos decepit. Ipsa cornix abesse nequit: Nam de ea hic præcipue agitur. Nihil clarius.

ἱπταμένη ] Volans, non sedens & quiescens. Eodem pertinent illa Aristotelis *Lib. 6. Cap. 6. de Histor. Animal.* καὶ ἐκλέψαντες (οἱ πλεῖστοι τῶν ὀρνίθων) ὀδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιοῦνται (τῶν νεοττῶν) τὸ λοιπὸν, πλὴν κορώνης. αὕτη γὰρ ἐπὶ τίνα χρόνον ἐπιμελεῖται· καὶ γὰρ ἤδη πετομένη σιτίζει παραπετομένους. Ubi legendum videtur mihi, καὶ γὰρ ἤδη πετομένους σιτίζει παραπετομένη: Nam illud ἤδη certe pullos, non matrem requirit sibi. Nihil frequentius in Libris, quam illa casuum transpositio.

Cap. 98. μὴ ἄρα χειμάζῃ ] *Nunquid procellas minentur*. Nubes explorat e proximo, ut sciat, num tempestates meditentur. Moneo in gratiam Tyronum, quibus verba Græca possent negotium facessere. Interpres minus bene. Pro μὴ ἄρα vulgo dicitur ἆρα μὴ eo significatu.

Cap. 99. ἱέρακα ἐγκύμονα ζωγραφοῦσιν ] Glossæ Labbæi, ἐγκυήσασαν. *connixam*. Idem ἐγκύμονα hic: Alias ipsum ἐγκυήσασαν reponendum. Nam accipiter prægnans adumbrari non potest.

ἐπιλέγει] *Incubat.* λέγεσθαι, ut omnes sciunt, *cubare* etiam notat. Interpres balbutit.

διὰ τὸ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τὰς ὄνυχας ἀπολλύειν] Quid hoc? An ungues amittunt accipitres, ut pennas, & eas, ut pennas, etiam recuperant? Absit, absit: Nam nihil falsius & ab ipsa natura alienius. Aldus ediderat ex Membranis suis, διὰ τὸ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τὰς ὄνυχας ἀπολύειν: Quod mire allubescit mihi, & dubio procul exhibet ipsam Philippi manum. *Quia per id tempus ungues solvunt*, id est, ex aduncis fiunt rectæ: *Quia ungues remittunt*, & in rectum sese porrigunt, eoque ad rapiendum fiunt ineptæ. Hoc est ἀπολύειν hic: *solvere*, *laxare*, *remittere*. Aristoteles de Aquilis idem notat *Lib.* 6. *Cap.* 6. *de Histor. Animal.* & διαστρέφεσθαι dixit, quod Noster dicit ἀπολύειν. Verba sunt: ἐκβάλλει δ' αὐξανομένων τὸν ἕτερον τῶν νεοττῶν, ἀχθόμενος τῇ ἐδωδῇ· ἅμα γὰρ λέγει ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἅπασι γίνεσθαι, ὅπως μὴ ἁρπάζῃ τοὺς τῶν θηρίων σκύμνους. οἵτε ἕν ὄνυχες αὐτοῖς διαστρέφονται ὀλίγας ἡμέρας, ἢ τὰ πλευρὰ λεπαίνει· ὥστε καὶ τοῖς τέκνοις τότε γίνονται χαλεποί. διαστρέφεσθαι est *detorqueri*, *reflecti*, & τὸ ἀπολύειν exprimit plane. Plinius locum Philosophi attulit *Lib.* 10. *Cap.* 3. *Histor. Natural.* & illud διαστρέφονται Latine reddidit *invertuntur: Alterum expellunt tædio nutriendi. Quippe eo tempore ipsis cibum negavit natura, prospiciens ne omnium ferarum fœtus raperentur. Ungues quoque earum invertuntur diebus iis, albescunt inedia pennæ, ut merito partus suos oderint. Invertuntur*, & illud aduncum amittunt, in quo unguium est robur. Hæc aperta sunt. Sed quid in Aristotelis loco est, ἅμα γὰρ λέγεται ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἅπασι γίνεσθαι? Pessimum haud dubie Amanuensium κάθαρμα. Nam primo, si per totum illud tempus ἅπασι esset ἀεὶ ὁς, ne

ne unum quidem pullum nutrire posset, & ipse miser inedia periret: Hoc sana ratio docet & omnes sentiunt statim. Dein, ipse Philosophus de Aquilis pullos nutrientibus diserte scribit *Lib.* 9. *Cap.* 32. ἀποτίθεται δὲ τὴν περιττεύουσαν τροφὴν τοῖς νεοττοῖς, διὰ τὸ μὴ εὔπορον εἶναι καθ' ἑκάστην ἡμέραν αὐτὴν πορίζεσθαι, ἐνίοτε οὐκ ἔχουσιν ἔξωθεν κομίζειν. Quare ita ineptire non potuit certe. Quid plura? Legendum est absque dubio, ἅμα δὲ λέγεται ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἁπαλὸς γίνεσθαι. Per id tempus mollescit Aquila, & ita mollescit, ut rapiendis ferarum catulis sit impar, & aviculis aliisque minutioribus sese sustentare debeat. ἁπαλὸς γίνεσθαι idem, quod ἁπαλύνεσθαι: Similiter χαλεποὶ γίνονται sequitur mox, & alia similia occurrunt alibi. Ab ista autem mollitie est ipsa unguium inversio, qui una cum toto corpore mollescunt. Quid ais? Hæc accommodatissima sunt. Scripturæ vitium est perquam antiquum, & quo locus Philosophi laboravit jam ante Plinii tempora: Nam ille, ut vides, in eo misere hæsit. Et sic exemplum hic habemus insigne Pliniani erroris ex antiquissimorum Codicum depravatione. Vide, quæ diximus ad *Cap.* 11. *Lib.* 1.

Cap. 100. διὸ καὶ κάμηλος λέγεται ] Aldus & Mercerus κάμηρος; quod Scholion redolet, ut recte Hœschelio observatum. Ipsa Etymologia hic tradita Græciam ciet: Quare Philippus eam absque dubio addidit de suo.

Cap. 101. κατὰ τὴν ὅρασιν ὀξὺν ] *Visu acrem.* Interpretis *visu celerem* non dicit, quod debet.

κυνὸς ὄμματ' ἔχων ] Hoc supponit, canes in oculis sanguine abundare: Nam cæteroquin connexio est nulla, & plane ineptit διὸ. Attende modo, videbis statim. Ipsum illud foras arcessendum satis tamen molestum est hoc loco, &

multis displicere posset: Id ego diffiteri nolo. An forte aliud latet, quod nunc subito sese offert mihi? Dicam: In Libris Homericis, quos Horapollo trivit, scriptum esse potuit αἱμοβαρές pro οἰνοβαρές; & illud arcte junctum cum κυνὸς ὄμματ' ἔχων, non illepide adduxit forsitan Scriptor Ægyptius, ut eo Symbolum sanguinis appetens illustraret: Sane hoc mihi perquam probabile est, quia sic connexio est certa, & qualis esse debet. διὸ ἢ ὁ Ποιητής: Attende, attende, quæso, ad illud ipsum.

Cap. 102. προσλαμβάνῃ τὰς ὀπισθίας πρότερον] Quid? An ranis pedes posteriores nascuntur ante priores? Haud puto, ubi ad ea attendo, quæ Ælianus habet *Lib.* 2. *Cap.* 56. *de Animal.* & ipsam Naturæ legem considero, qua partes capiti proximæ formantur ante alias remotiores. Dein, Symbolum etiam posteriores non amat tempore primas: Nam si priores non ederentur, nisi editis jam posterioribus, aut ego egregie fallor, aut ipsos priores desideraret Symbolum & ratio Symbolica: Nihil apertius, aut perspicuum magis. Quid multa? Ineptissima lectio est, quam ex Codice Augustano hic repræsentavit Hœschelius. Aliter Aldus, qui προσλαμβάνῃ τὰς ὀπισθίους πόδας edidit ex Membranis suis: Longe melius certe & accommodatius. Nam sic nihil adest, quod sententiam efficit pravam: Sed quid de verbis dicemus? An illa integra sunt, & numeros habent suos? Ita profecto sentiet nemo, ubi de pedibus anterioribus nihil, ne minimum præcessit. Quid igitur? Legendum autumo plane, vel προσλαμβάνῃ τὰς ὀπισθίας πόδας πρότερον, vel προσλαμβάνῃ τὰς ὀπισθίας πρότερον. *ad priores pedes posteriores assumit.* Præpositio cum verbo ita cohæret, ut separatæ vim habeat omnem: τὰς ὀπισθίας πόδας πρὸς πρότε-

ρους

ροις λαμβάνῃ. Nihil notius, & sic ipse Philippus plus semel. Nunc ordine pedes enascuntur, & Symbolum aptum est una cum ipsis verbis. Illud addendum : Duplicem lectionem tibi proposui, quia haud dubie Libri olim variarunt, & in his τὰς ὀπισθίους πόδας πρὸς τέρους plenius, in illis τὰς ὀπισθίους πρὸς τέρους parcius scriptum fuit.

Cap. 104. αὕτη γὰρ ὅταν ἴδῃ &c.] Verba male distincta sunt : Scribe, αὕτη γὰρ ὅταν ἴδῃ τὰς πολλὰς τῶν ἰχθύων, μὴ δυναμένους κολυμβᾶν συλλαμβάνῃ πρὸς ἑαυτὴν καὶ σώζει, *ubi piscium cætum viderit, eos, qui natare non possunt, ad se sumit & servat.* Sic aptum est, quod dicitur, & ea, quæ de Torpedine piscículos in cibum captante narrantur vulgo, non refellunt Philippum cum Horapolline suo : Quod facit Torpedo, solis invalidis facit & qui natare non possunt; alios torpore immobiles efficit, & ita capit, ut escam præbeant sibi. Sentisne? Solos invalidos, si forte conspexerit, servat. Et hoc cum re signata convenit pulchre. Bonus ille Caussinus de Nautilo hic cogitabat.

πρὸς ἑαυτὴν] Melius esset πρὸς ἑαυτῇ : quo pertinet Aldi lectio, quam leviter interpolavit Mercerus.

Cap. 105. κακῶς ἀνηλωκότα] Si consideres Aristotelis & Plinii loca notissima de Polypi cura domestica, quid ais? tibine placet illud κακῶς? Haud puto. Dein, quid mali in eo, quod consumtis utilibus inutilia abjiciat? Nonne id faciunt omnes & facere debent, qui sibi officere nolunt ipsi? De eo, hercule, dubitabit nemo. Et quid igitur moramur? Pro κακῶς ἀνηλωκότα ipse Philippus scripsit καλῶς ἀνηλωκότα. Sic cum Aristotele & Plinio concinit Noster : Qui decenter, non perdite, omnia consumit, Polypo comparatur recte.

πολ-

πολλὰ ἢ ἀσώτως ἐσθίων ] Celeberrima est Polypi voracitas: Et hæc, credo, Amanuenses decepit, qui ingenii penuria distinguere non poterant accurate distinguenda.

Cap. 106. ὅτῳ δὲ τὸς πολύποδας κρατεῖ ] Hic ab Aliis omnibus dissentit Noster: Vide Aristotelem *Lib.* 8. *Cap.* 2. *de Histor. Animal.* Oppianum *Lib.* 2. *Halieutic.* Ælianum *Lib.* 1. *Cap.* 32. *&* *Lib.* 10. *Cap.* 38. *de Animal.* Plinium *Lib.* 9. *Cap.* 62. *Histor. Natural.* &c. Quod non ferendum certe. Fallor, aut Amanuenses hic iterum dederunt nobis, quod ipse Philippus non dederat: Scribe, ὅτῳ δὲ τὸς καρχάρας κρατεῖ, ἢ τὰ πρωτεῖα φέρει. Ita millies nomina confusa sunt ab ineptientibus Scribis, & alterum pro altero pictum. Quid? quod ipsum ὅτῳ scripturam hanc desideret sibi: Nam id ad proximum πολύποδα sese refert, & sic nomen male repetitum foras expellit procul. Attende, attende: Certa est conjectura.

Cap. 107. πῶς ἄνδρα συζυχθέντα γυναικί; ] Mutila iterum Inscriptio, ut quisque videt, & a Recentioribus male concepta.

ἐν ᾗ ἐτέχθη ] *In qua peperit:* Uxor juvencula, quæ in prima ætate sua peperit, cum adhuc videretur immatura: Hæc una cum Viro juvenculo pinna gravida expressa fuit. Interpres pessime: Sic signum non convenit rei signatæ, & Horapollo balbutit cum tota Ægyptiorum gente. πίνας ἐγκύους hic habemus diserte: Et ἄνδρα συζυχθέντα γυναικὶ: Quis autem mulierem ab ipsa nativitatis hora viro junctam audivit aut cogitando sibi confinxit unquam? Nugæ, nugæ. Desponsatam novimus & μνηστευθεῖσαν, non alteram. ἡλικίας, ut vides, nunc pretii est quantivis, & qui pro eo scripserunt γήνας, quod Margo

Hæ-

Hœschelianus habet, ridiculi sunt & cachinnos merentur solutos. ἐτέχθη idem, quod ἔτεκε: modus patiendi pro modo agendi, qui vix distant in partus negotio: Nam quæ parit, eo ipso revera patitur. Ita Græci sæpe, ut sciunt, qui Linguam callent. Nunc satis aptum est Symbolum; quod longe tamen aptius esset, si minima mutatione legeretur, Ανδρὶ συζύχθεῖσαν γυναῖκα ἀπὸ πρώτης ἡλικίας, ἐν ᾗ ἐτέχθη, βελόμενοι σημῆναι, πίνναν ἔγκυον ζωγραφοῦσιν. αὗται γὰ &c. Nam sic ipsum Symbolum venuste uni uxori enixæ opponit unam pinnam gravidam, & Symboli ἐξήγησις opportune de pinnis loquitur in genere, quæ juvenes admodum coire solent. Attende, probabis, quod dico: Mihi certe, ne quid dissimulem, lectio ista unice placet. Junge Caput 94. hujus Libri, ubi eadem numerorum est mutatio, ut alia nunc præteream.

Cap. 108. ἡ καλεῖ] πιννοφύλαξ] Hoc Græcum, & a Philippo, ut videtur, additum.

ἀκολούθως τῷ ὀνόματι] Hoc vertendum hic, *nomine convenienti*: Comma post πιννοφύλαξ tutius abesset: Nam καλεῖ] ἀκολούθως πιννοφύλαξ τῷ ὀνόματι cohæret una. Si vera separatio in illis esset, pro ἀκολούθως τῷ ὀνόματι Alii scripsissent ἀκολούθως τῷ πράγματι, & Philippus, quanquam scriptor minus politus, id etiam sumsisset sibi.

Cap. 109. λάμιαν ἔχουσα] Codex Augustanus λάμιαν: Utrumque ineptum est; nec Hœschelium audio. Nam quis λάμιαν pro ingluvie adhibuit unquam, si Etymon Spectri etiam sit certum, quod tamen dixerit nemo? Apage nugas: Sic omnia ex omnibus fieri possunt. Perbene Mercerus λαίμιαν legit, quod λαιμαργίαν denotare potest vi sua, & Græcia statim agnoverit pro fœtu genuino. λαιμὸς, λαιμᾶν,

& λαμάζειν notissima sunt: Ex eadem familia est λάμια & λάμεια. Nihil planius. De Lamia Spectro nos alias loco suo.

Cap. 110. πῶς ἄνθρωπον ἢ ἑαυτῆ τροφὴν ἐμέντα; ] Dimidiata etiam Inscriptio, ut ipse Contextus probat statim.

ἢ πάλιν ἀπλήσως ἐσθίοντα ] *Sic ut cibum ingestum denuo reddere cogatur.* Ita longe signatius & convenientius est Symbolum: Nam felis aquaticus etiam absorbet fœtum, ut mox eum evomat iterum. Apposite Aristoteles, οἱ μὲν γαλεοὶ ἢ ἐξαφιᾶσι, ἢ δέχονται εἰς ἑαυτὲς τὲς νεοττίς. Sic etiam gulones illi.

νηχόμενον ἢ καλαπίνῃ ἢ γόνον ] Natans fœtum absorbet, ubi metus est, ne ab aliis piscibus devoretur. Vide Ælianum *Lib.* 9. *Cap.* 65. *de Animal.*

Cap. 112. τρυγόνα ] Pastinacam intellige cum Caussino & Pierio Valeriano *Lib.* 30. *Cap.* 16. *Hieroglyphic.* Mercerus & Hœschelius hic misere ineptiunt.

ῥίπτει ἢ ἐν τῇ ὀρᾷ ἄκανθαν ] *Emittit spinam, quam in cauda habet.* ῥίπτειν βέλη notissimum est: Similiter ῥίπτειν ἄκανθαν accipiendum hic.

Cap. 113. πῶς ἄνθρωπον ἀφειδῶς &c. ] Mutila iterum Inscriptio: Nam addere debuissent boni, ἢ ὕστερον καλαυηλωκότα τὰ ἴδια. Sed ita sapiebant illi. Cum sequenti Inscriptione, πῶς ἄνθρωπον ὑπὸ καλῷ ὁρμήσαντα, similiter sese res habet.

Cap. 114. ὥσε ἐκ τότε μηκέτι —— ἢ ἕτω διαφεύγει ] Ubi ad hæc attendo, non video, qui Symbolo hoc depingere potuerint hominem ὑπὸ καλῷ ὁρμήσαντα ἢ ἀντὶ τότε κακῷ πεσόντα: Nam Sepia incolumis evadit, & atramento suo piscantium oculos eludit. An ad aquæ colorem respicitur hoc Signo, quæ ex pura fit impura, & sic ἀπὸ ϗ καλῆ venit ad τὸ κακὸν? Hoc aliquid est, fateor, sed adeo jejunum

&

& rancidum, ut merito ſuo omnibus diſplicere debeat. Fallor, aut Amanuenſes hic iterum loquuntur: Scribe facta tranſpoſitione levicula, Ανθρώπον ἐπὶ κακῷ ὁρμήσαντα, καὶ ἀντὶ τούτου καλῷ περιπεσόντα, βουλόμενοι &c. Sic Symbolum pulchre cum ipſa re conſpirat: Piſcantes non metuit Sepia, ſui ipſius bene conſcia: ἐπὶ κακῷ igitur ὁρμᾷ alacris, & mox ubi periculum urget, atramentum ſuum emittit, & ſic ἀντὶ κακοῦ τῷ καλῷ περιπίπτει, ſalva & incolumis evadens, inimicoſque eludens læta. Sentiſne? Id ſpero equidem ac confido. ἄνθρωπος ἐπὶ κακῷ ὁρμήσας eſt, qui ῥιψοκίνδυνος dicitur vulgo.

Cap. 115. στρουθίον πυρίτην] Ita ex Libro Auguſtano edidit Hœſchelius, quem ſecutus ſum, ſed ſequi non debueram: Nam cum Aldo & Mercero haud dubie legendum eſt πυργίτην, quo nomine dictus eſt paſſer a turribus, in quibus degit & nidificat. πυρίτης neſcio, an unquam dictus ſit a quoquam: Si tamen id fecerit aliquis jure ſuo, a πῦρ & igneo calore nomen abſque dubio repetierit. Vulgus πυργίτης, cum quo fecit Philippus & facere debuit, ut recte intelligeretur: Hoc certum. Pierius Valerianus in Codice ſuo etiam πυρίτην invenerat: Vide *Lib.* 20. *Cap.* 28. *Hieroglyphic.*

ὀργῆς] Perbene Hœſchelius ὁρμῆς, quod diu ante placuit etiam Geſnero in Libro de *Avibus*. Alterum nimis longe petitum eſt.

ἑπτάκις μίγνυσθ &c.] Numerus laborat: Nam paſſeres fæmellas tricies unius horæ ſpatio oſculantes videas ſæpe: An forte ipſum illum numerum expreſſerat Philippus, & legendum eſt τριακοντάκις μίγνυσθ τῇ &c? Hoc verum eſſe poteſt: Nam ut dixi, numerus vulgatus nimis certe exiguus eſt pro paſſere bene viro.

Cap. 116. λύραν ζωγραφῆσιν ] Ad Lyræ harmoniam & numeros Myſticos hic attendendum: Multa de illis Veteres Philoſophi, ut notum.

Cap. 117. τὸ καταθυμίως πεπραγμένων αὐτῷ ] Articulus αὐτῷ reſpicere debet ſuperius ἄνθρωπον cum comitatu ſuo: Quod durius certe & coactius. An forte ἄνω pro ἀνθρώπῳ excluſit αὐτῷ, & hic quoque Philippi mutavit manum? Id mihi non improbabile.

Cap. 118. στρθοκαμήλου πτερὸν ] *Struthiocameli alam.* Merceri *pennam* non convenit.

# INDEX
## IN
# HORAPOLLINEM.

A.


ACerra conflagrans 38
Accipiter 8, 10, 88, 140
Accipitres duo 12
Adiantum herba 136
Adulatione deceptus 134
Aedificandi cupidus 154
Aegyptus 38
Aelurus 16
Aequinoctia duo 30
Aëtites lapis 106
Aevum 2
Ambres, Liber Ægyptiorum, 52
Amens 66
Amor 92
Anguilla 144
Anemones flos 86
Anguis, in cujus medio domus, 74
——— caudam ore tenens in orbis figuram 72
——— vigilans 74
——— dimidiatus 76
——— integer 76
Anima 10
——— hominis masculi 82
——— diutissime hic commorans 46
Animus seu animi præstantia 32
Annus quomodo designetur 4
——— Solis. 8
——— Ægyptiacus 134
Antiqua origo 44
Apertum ac patens 42
Apes 74
Aqua & ignis 56
Aquila 110. 138
Aquilæ pullus 82
Armatus homo & jaculans 86
Αρχὴ 6
Aspectus 21
Ἀστροκύων 4
Atramentum 51
Auditus 61
——— acutior 119
Aversio 91
Auris picta 91

B.

BAi & Bajeth, voces Ægyptiæ, 11
Basiliscus 2, 115
Belli acies 85

C.

CÆcus homo 117
Cædis admissæ pœnas dans 151
Cælum & terra aquæ copiam scaturiens 37
Cælum fundens rorem 51
Calamitates intrepide ferens 123
Camelus 141
Cancer cum ostreo 147
Canis 55, 57
Canis aversus 91
Capita duo 41
Capite carens ambulans 73
Capra 119
Carabus 147
Castor 117
Cavens sibi ab inimicorum insidiis 137
Cervus 91, 133
Cervus cum tibicine 137
Cibum vomens & avide iterum vorans 149
Cicada 111
Ciconia 113
Cognitionis Symbolum 65
Columba 71, 105
Columba nigra 95
Commercium cum alienigenis habens 149
Conciliandi sibi alios vi præditus 153
Concordia 87
Concubitus 47
Confugiens ad proprium patronum, neque adjutus 107
Conyza 129
Continue laborans 139
Continentia hominis 85
Cor 11, 51
—— supra acerram 39
—— hominis faucibus appensum 85
Cornix 135, 139
Cornices duæ 13, 15, 101
Coturnicis os 87
Crepusculum 83
Cribrum 53
Crocodilus 79, 81, 129
Crocodili cauda 81
Crocodili oculi 79
Cucupha 69
Culicum copia & generatio 105
Custos domus 57, 75
Cygnus 101
Cynocephalus 27, 29, 31

D.

DEbilis homo, lasciviens tamen, 109
Desponsata mulier 89
Deus 83
—— Sol 9
—— Mundanus 26
Dei ἀρσενοθήλεις 25
Dextrarum junctio 86
Digitus 85, 89
Doctrina 51
Domi sese continens 117
Dorsi spina 87
Drachmæ duæ 25

Ele-

E.

Elephas 131, 133
Equa lupum calcans 103
Equi cadaver 103
Eth Ægyptiace cor 11

F.

Faces accensæ 125
Fatum 27, 95
Febricitans & se ipse curans 125
Felis aquaticus 149
Filius 67
Fistula 155
Fœcundus 61, 79
Folia 93
Formica 65, 117
Formicarum discessus 97
Fortis simul & temperans 59
Fullo 77
Fumus 89
Furens 79
Futurum opus 91

G.

Gratus animus 69
Grues 137, 141
Gustus 45

H.

Heracion herba 9
Hippopotamus 71, 91
Hircus 61
Hirundo 95
Homo invalidus & qui aliorum auxilio egeat 97
—— cum asinino capite 41
—— lapsus suos occultans 119
—— mulieri a prima ætate junctus 147
—— multos servans in mari 145
—— non habens per se bilem, sed ab alio commotus 105
—— peregre nunquam profectus 41
—— accusatus & ideo ægrotans 115
—— a luxuria resipiscens 127
—— ab insania resipiscens 153
—— metuens improvisa 123
—— saltatione gaudens tibiarumque cantu 109
—— primum rudis & informis editus 131
—— qui justam ætatem vixit 135
—— qui utilia & inutilia male consumserit 145
—— seipsum curans ex oraculi responso 105
—— qui sui curam non habet 147
—— sibi ipsi damna dans 117
—— suum scelus tegens 135
—— tardus in movendis pedibus 141, 143
—— tute urbem incolens 107
Hominis σάσις & robur 86
Hora 91
Horarum inspector 57
Horus 35
Humilitas 11
Hyæna 121, 123
Hydriæ tres 37

I.

Ibis 19, 51
Ibidis ala 129
Ichneumon 97
Ignis & aqua 57

Igne repreſſus 124
Imago umbilico tenus cum gladio depicta 91
Imperans hominibus ſui generis 145
Impietas 91
Impoſſibile 73
Impudens 143
Impudentia 65
Impurus & ſceleſtus animus 63
Ingratus & injuſtus 71
Ingratus in bene de ſe meritos 71
Inimico ſuperior 121
Inimicus & inviſus omnibus 143
Inimicus cum pari inimico congrediens 97
Inſanus 79
Inſtabilis 119
Inſtauratio, quæ poſt longiſſimum tempus fiat 111
Intemperans 151
Interitus 65
Ira 31
Iracundia immoderata 99
Iſis 5
Judex 55
Junco ſcripſerunt Ægyptii 53
Juno 23
Jus æquvm omnibus reddens 155

L.

Laqueus 93
Leæna 129
Leo 33, 35, 99, 125
Leonis anteriora 35
—— caput 35
Lepus 43
Liber ſignatus 93
Liberi matri inſidiantes 115
Liberos dimittens ob paupertatem 141
Limes 21
Linea recta cum altera inflexa 95
Lineæ decem 95
Lingua ſupra oculum 43
Literæ Ægyptiæ 51
Longævus 91
Lumbus hominis 87
Luna 27, 79
Luna oriens 31
Lupus 91, 123, 125
Lyra 153

M.

Magiſtratus 55
Manus hominis 43, 155
Manus una arcum, altera ſcutum tenens 85
Mars 13
Maſculus 83
Mater 19, 25
Meiſi Ægyptiace ſerpens 75
Menſis 7, 79
Mercurius 29, 51
Minerva 23
Miſericors 23
Morbus 87
Mors 93
Mula 101
Mulier abortum faciens 103
—— lactans & bene nutriens 109
—— infantes fœminas aut mares pariens 103
—— quæ virum odit 113
—— ſemel enixa 129
—— ſterilis 101
—— vidua 95
—— viri præſtans opera 99
Mundus 4, 17
Muræna piſcis 149

Mus 65
Musa 95
Musca 65
Mustela 99

N.

Natatio 31
Nefarium & abominandum 59
Nili exundatio. 37
Nox 83
Nun Ægyptiace Nilus 37
Nuptiæ 15
Nycticorax 93

O.

Obsidio 93
Occasus 81
Oculus 43
Odoratus 55
Opus 89
Orbis terrarum 29. ejus umbilicus Ægyptus 39
Origanum 97
Ortus 79
Oryx 63
Os 45, 59
Os boni viri 85
Ostrea 147
Otis & equus 107
Οὐαὶς, vox e longinquo veniens, Ægyptiace 45
Οὐραῖος vel οὐβαῖος Ægyptiace Basiliscus 2

P.

Pædicatio 139
Palma 7
Palumbus 105
Papyri fasciculus 45
Pardus 121, 135
Passer & noctua 109
Passer pyrgites 153
Pastinaca 150
Πασσεφόρος 57
Pater 17
Patris amans 113
Patrimonium filiis relictum 95
Pedes gemini conjuncti 84
Pedes hominis in aqua obambulantes 73
Pelicanus 67
Penis manu compressus 85
Perdices 139
Peregrinatus nunquam 41
Phœnix 49, 111
Πτεροφύλαξ 147
Piscis 29, 59
Pollinctor sacrorum 55
Polypus 145, 147
Pœna 91
Populus regi obsequens 75
Porcus 99
Præsagium 21
Præstantia 11
Puritas 57

Q.

Quarta arvi pars 7
Quinarius numerus 27

R.

Ramus palmæ 7
Rana 41, 143
Rapax 79, 129
Rex custos 75

—— fugiens ſtultitiam 131
—— fugiens nugatorem 133
—— orbi imperans 75
—— parti orbis imperans 77
Riſus 55
Robur 35
Robuſtus homo 131
Ros e cælo 51

S.

Sacer Scriba 51, 53
Sacerdotes Ægyptii circumciſi 31
Sacris initiatus 111
Salamandra 115
Saltatione tibiaque gaudens 109
Sanguis 11, 93
Sbo Ægyptiace plenus victus 53
Scala 93
Scarabæus 15, 17, 25, 101
Scarus 149
Scorpius & Crocodilus 97
Senex fame confectus 139
—— Muſicus 101
Sepia 151
Sepulturæ proſpiciens 133
Sermo 43, 93
Sero tandem ex peregrinatione rediens 35
Serpens 3, 5
Sideralis ſcientiæ gnarus 141
Sidus 27
Silentium 45
Simia 119
Sol viſus dominus 9
Sol & Luna 2
Solis circulus 89
—— curſus in ſolſtitio hyberno 85
Sothis Ægyptiace Canicula 5
Splen 55
Stabile ac tutum 87
Stella 83
Sternutamentum 55
Stomachus 85
Struthiocamelus 155
Sublimitas 9

T.

TAlpa 117
Taurus 59, 103
—— inter ſidera 19
—— ligatus 127
Tauri auricula 61
—— cornu 89
Temperantiæ dubiæ homo 127
Tempus 83
Tenebræ 81
Terribilis 35
Tonitru 45
Torpedo piſcis 145
Tumultus 87
Tutela & præſidium 41
Turtur 109

V.

VAccæ cornu 91
Vates 55
Ubertas & abundantia 48
Venus 13
Ventus 89
Vermes 105
Veſcens profuſius alienis & mox ſuis 151
Veſpæ 93, 103
Veſpertilio 109
Veſpertilionis pennæ 117
Vetuſtiſſimum 93
Victoria 11

Vi-

# INDEX.


Vigilans 35
Vindemia copiosa 137
Vipera 115, 133
Vir 17
Uni ac soli genitus 14
Unitas 25
Voluptas 47
Vox e longinquo veniens 45
Upupa 137
Ursæ partus 131
Vulcanus 25
Vulpanser 67
Uvæ esu offensus 137
Vultur 19, 21, 23, 25


# FINIS.

---

## ERRATA.

In Præfat. p. 1. lege pro Φαινυβύθεως, Φαινεβύθεως. in Not. p. 200. pro πισόπωται, πισόταλαι, p. 207. pro θημιατήριον, θυμιαλήριον. p. 319. pro ὑδοτῶν, ἰδενῶν. p. 320. pro πλυμμύρω & πλυμμύρα, πλημμύρω & πλημμύρα.

*TRAJECTI AD RHENUM,*
Typis PETRI MUNTENDAM, 1727.